



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova  
Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm  
Lectionvm Latinarvm Et Græcarvm**

**Labbé, Philippe**

**Parisiis, 1653**

Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri Speciminis Antiqvarvm  
Lectionvm Græcarvm, Latinarvmqve, Supplementa Decem, Cum Coronide  
Libraria ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13263**

PHILIPPI LABBEI  
BITVRICI

SOCIETATIS IESV PRESBYTERI  
SPECIMINIS ANTIQVARVM  
LECTIONVM GRÆCARVM,  
LATINARVMQVE,  
SVPPLEMENTA DECEM.

*Cum Coronide Libraria,*

SEV CATALOGO CATALOGORVM,

*Bibliothecarum, Nomenclatorum, Indicum, Elenchorum, &c. quibus Scriptores in quavis arte ac professione præcipui, & libri ferme omnes, partim hætenus editi, partim inediti & mss. repræsentantur.*



PARISIIS

Apud IOANNEM HENAULT, viâ Iacobæâ, sub signo  
sancti Raphaëlis, prope sanctum Benedictum.

---

M. DC. LII.



PHILLIPPI LABBEI  
BITVARI

SOCIETATIS IESV PRESBYTERI  
 SPECIMINIS ANTIQVARI  
 LECTONVM GRACIAM  
 LATINARVM

SUPPLEMENTA DECEM

Cambridge University

REV. CATALOGO

PARIS 1811  
Johann HENAVLT, vis. inobediens, sub signis  
Johann Baptistis, propugnans Bonapartem.

M. D. C. LII






NOVÆ  
BIBLIOTHECÆ  
SPECIMINIS  
ANTIQUARVM LECTIONVM  
GRÆCARVM LATINARVMQVE  
SVPPLEMENTVM PRIMVM  
EX TOMIS VI.

ANTIQUÆ LECTIONIS V. C. HENRICI  
Canisij Nouiomagensis,

*In Academia Ingolstadiana, Iuris Canonici Professoris.*

 ONQVERVNTVR plerique de Bibliopolarum ac Typo-  
graphorum oscitantia, quod exquisitum iuxta, atque omni-  
bus utile, HENRICI CANISII Nouiomagensis I. V.  
Doct̃oris opus Antiquæ Lectionis, sex in Tomos distributum,  
denuò typis excusum non emittant in manus omnium Erudito-  
rum, avidissimè iampridem expectantium. Cum enim à quinquaginta fer-  
mè annis omnes illi Tomi succedentibus sibi Francofordiensibus nundinis  
in Germanià prodierint, & intra breue tempus distracta fuerint, atque in om-  
nes Europa Orbisque Prouincias dissipata exemplaria omnia, inde factum  
est, vt rarissimè modò vanalia occurrant, iisque magno suo damno carere  
cogantur, qui nouarum Bibliothecarum substructionem moliuntur. Quam-

Pp



uis enim nonnulla ex iis quæ vir accuratus ac diligens vulgavit opusculis, maioribus inserta corporibus, habeantur in Bibliothecis Ss. Patrum Coloniensi ac Parisiensibus duabus extremis, in Editione Conciliorum Coloniensibus & Regiâ, in collectione Historicorum Franciæ Duchesniana, inter opera Alcuini, Theodulfi, Hincmari seorsim edita, &c. longè tamen plura supersunt, quæ nondum secundo veluti partu obstetricante eruditorum manu diu in luminis oras exierunt. Ea propter rem omnibus pergratam facturum videor, si studium meum & operam in illis iterum prelo subiiciendis conferam, atque in unum volumen grandius coniiciam, præmisso in antecessum breui syllabo omnium Auctorum, qui sex illis Tomis continentur, atque indicatis sigillatim opusculis, quæ aliorum laudabili diligentia iam publicata sunt.

## IN TOMO PRIMO

## ANTIQUAE LECTIONIS

## HENRICI CANISII

## L. V. D. EXTANT.

**F**LACCI Albini ALCVINI Epistolæ 67. Tomo I. pag. 1. *Eas edidit cum cæteris eiusdem Auctoris opusculis Andreas Duchesnius Parisiis in folio anno 1617. in officinâ Niuellianâ apud Sebastianum Cramoisy.*

Edmundi CAMPIANI Soc. IESV Martyris in Anglia, Epistola ad Richardum Cheneum Episcopum Glocestrensem. Tomo I. pag. 125. *Edita est cum aliis Campiani opusculis apud Seb. Cramoisy, Gasp. Meturas, aliosque.*

PROSPERI Aquitanici Chronicon Consulare & Pithæanum Tomo I. p. 134. *Editum est à Scaligero cum Eusebij & Hieronymi Chronico, Andrea Duchesnio, aliisque. Nos etiam utrique locum dedimus, ut integrum Prosperi Chronicon ad manum Lectores habere possint.*

Historia de Guelfis Principibus auctore Altorfensi seu VVeingartenensi Monacho ad S. Martinum. Tomo I. pag. 177. & p. 211. *Eiusdem VVeingartenensis Monachi Chronicon à Christo nato usque ad annum 1197.*

Annales HENRICI Steronis Monachi Altachæ inferioris, ibique Capellani ab anno 1152. ad 1273. Tomo I. p. 219.

EBERHARDI de Inferiori Altach, Ratisponensis Ecclesiæ Archidiaconi, Annales ab anno 1273. ad 1305. Tomo I. pag. 307.



MONACHI Sangallensis de gestis Caroli Magni Imp. libri duo ad Carolum Caluum Francorum Regem Tomo I. pag. 360. Edidit Andreas Duchesnius Tomo secundo *Historicorum Franciæ* pagina 107.

HERMANI Contracti Comititis de Voringen Maioris Augiæ Monachi Chronicon ab editis diuersum Tomo I. pag. 432.

Comitia tria Salisburgensia & vnum Viennense Tomo I. à pag. 64. Edita sunt à Seuerino Binio in *Tomis Conciliorum Colonia editis Parte II. Tomi III. Extant quoque in Conciliorum Collectione Regiâ.*

S. COLUMBANI carmen monostichum cum epistola in qua detestatur auaritiam ad Hunaldum discipulum. In Appendice Tomi I. pag. 3. Eadem reperies inter opuscula Engenij Toletani Episcopi à P. Jac. Sirmondo edita 1619.

SALOMONIS Episcopi carmina ad Dadonem Episcopum. In Appendice Tomi I. pag. 15.

VVALDRAMNI versus ad Salomonem Episcopum, quos Salomon ad Dadonem mittit. In appendice Tomi I. pag. 31.

METELLI Tegerseensis seu Tegerensis Monachi Quirinalia in laudem S. Quirini Martyris metris Horatianis cum Eclogis 10. In Appendice Tomi I. pag. 37. *Ea Poëtarum Mediæ ætatis Corpori inferemus cum alijs quæ in Corpore & Choro Poëtarum omissa sunt, aut corruptissimè edita.*

## TOMO II. EXTANT.

MEGINFREDI Magdeburgensis Magistri & Præpositi de vita & virtutibus B. Emeramni liber vnus. Tomo II. pag. 1.

ARNOLFI ex Comitibus de Cham & Vochburg Monachi S. Emeramni Præpositi & Magistri de Miraculis B. Emeramni & de memoria cultorum eius libri duo. Tomo II. pag. 35.

Vita S. Lamberti Martyris & Episcopi Traiectensis auctore Anonymo. Item Reuelatio sancti Lamberti Martyris eodem Auctore Tomo II. pag. 172.

VVIPONIS Panegyricus carmine scriptus ad Henricum III Imperatorem Conradi Imp. Filium. Tomo II. pag. 191.

VVALSCALCI narratio de controuersiis inter Hermannum Episcopum Augustanum & Eginonem Abbatem S. Vdalrici cum carmine de itinere & obitu eiusdem Eginonis. Tomo II. pag. 205.

De Episcopis Salisburgensibus, Anonymo auct. S. Eberardi Archiepiscopi Salisburgensis discipulo. Tomo II. pag. 247.

De Vita Beati Ottonis Episcopi Bambergensis & Pomeranorum Apostoli: auctore Anonymo, sed Synchrono. Tomo II. pag.



ARNONIS Salisburgensis Archiepiscopi tempore Caroli Magni Annotatio siue index eorum quæ Ecclesiæ Salisburgensi tradita sunt à Ducibus Bauariæ, Comitibus, aliisque Nobilibus Tomo II. pag. 484.

De Vita & Miraculis S. Erminoldi Hirsaugiensis Monachi & Abbatis Lorfacensis, &c. libri duo anno 1281. conscripti à Monacho Pruseuvingensis Monasterij prope Ratibonam. Tomo II. p. 508.

Vita S. Guntheri Turingij sancti Stephani Regis Vngarorum cognati Monachi Altahensis, & Eremitæ. Auctore Anonymo. Tomo II. pag. 566.

Collectio Historica Chronographica ex Anonymo qui sub Alexandro Severo Imperatore vixit, Idacio, Toromacho, & alijs Collectore Gallo quodam circa Caroli Magni tempora. Tomo II. pag. 579. *Verum Anonymi huius libellum multis expurgatum grauibique mendis Primo nostrarum Antiquarum lectionum Tomo exhibebimus*, Idacium R. P. Sirmondus auctum emaculatūque edidit. Toromachus autem ille, siue Turonensis Gregorius à Duchesnio editus est Tomo I. pag. 245. & ex eo excerpta Anonymi siue Historia Francorum epitomata pag. 722. Eadem quoque Marquardus Freherus edidit, vt planè otiosum sit iisdem denuo chartas imbuere, & pluteos onerare Bibliothecarum.

Menologium Græcorum ex Bibliotheca & interpretatione Guiljelmi Sirleti Cardinalis Tomo II. pagina 731.

### TOMO III. CONTINENTVR.

S. GREGORII Thaumaturgi Episcopi Neocæsareæ duodecim capita de fide & Anathematismi cum explicatione Græcæ & Latine. Tomo III. pag. 3.

S. GREGORII Magni Papæ à libro tertio Dialogorum sex cum dimidio capita Græcæ reddita à S. Zacharia Romano Pontifice desiderata seu omissa in editione Romana anni MDXCI. vbi ingens hæc visitur lacuna. Tomo III. à pag. 24. *Reseruanda sunt aut editioni omnium operum S. Gregorij, aut speciali Græco-Latina ipsius Dialogorum.*

Chronicon seu potius fragmentum Chronici HIPPOLYTI Thebani Græcæ & Latine. Tomo III. pag. 35.

S. ANASTASII Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni orationes duæ. I. de Sacra Synaxi, & de non iudicando, deque obliuione iniuriarum. II. in sextum Davidis Psalmum Græcæ & Latine. Item alterius ANASTASII Abbatis liber contra Iudæos Latine duntaxat ex interp. R. P. Franc. Turriani S. I. Tomo III. à pag. 67. ad 186.

Fran-



Francicorum Annalium fragmentum ab anno 741. ad 793. quos Regino Prumiensis se in historia secutum proficitur. Tomo III. p. 190. Editum fuit antequam atque emendatius à Duchesno Tomo II. Historiarum Franciæ pag. 24.

IOANNIS Ragulini Ord. Prædic. Procur. Generalis oratio quâ in Concilio Basileensi respondit per octo Dies ad articulum primum Bohemorum de communione sub vtraque specie propositum à Magistro Ioanne Rockyfana Hussita. In appendice seu II. Parte Tomi III. pag. prima. *Hæc ac proximè sequens oratio translata sunt à Biniò in Tomos Conciliorum, extantque in collectione Regiâ.*

EGIDIÏ Carlieri, Decani Ecclesiæ Cameracensis, oratio, quâ in Basileensi respondit per quatuor dies ad articulum secundum Bohemorum de corrigendis peccatis publicis, quem proposuit Nicolaus Taborera In appendice seu II. Parte Tomi III. pag. 289.

CAPITVLII Ecclesiæ Pragensis disputatio cum Rockyfana de Hussiticis controuersis habita per quinque dies anno 1465, coram Gyrzixone seu Georgio Rege Bohemiæ. In Appendice seu II. Parte Tomi III. paginâ 466. vsque ad finem.

#### TOMO IV. CONTINENTVR.

LEONTII Byzantij contra Nestorianos & Eutychianos Hæreticos libri tres. I. contra Enantiodocetas. II. contra Aphthartodocetas. III. contra illos qui simulabant se Chalcedonensem synodum recipere, cum essent Nestoriani & de Nestorianis triumphus. Eiusdem Leontij liber in fraudes Apollinaristarum, seu in eos, qui proferunt quædam falsè inscripta nomine sanctorum Patrum. Eiusdem Leontij liber, qui inscribitur: solutiones argumentationum Seueri. Eiusdem Leontij liber qui inscribitur: Dubitationes hypotheticæ & definientes contra eos, qui negant esse in Christo post unionem duas veras naturas. Accedunt & Auctoritates SS. Patrum contra eos, qui diuidunt in duas naturas vnum Dominum IESVM CHRISTVM post unionem, collectæ à Timotheo hæretico, siue quis alius fuerit. Tomo IV. à pag. 1. ad 162. Latine tantum ex interpretatione R. P. Francisci Turriani S. I. Eadem Leontij opera Bibliothecas sanctorum Patrum ornant Coloniensem & Parisienses.

S. IOANNIS Damasceni liber contra Acephalos seu Monophysitas Tomo IV. pag. 173. Eiusdem contra Nestorianos Latine duntaxat eodem interprete Francisco Turriano S. I. Theologo. Tomo IV. p. 212. *Utique Tractatus seruabitur editioni integræ, quam molimur, omnium operum eiusdem S. Damasceni.*

Collectanea quædam Incerti Auctoris contra Seuerianos & A-



cephalos. Eodem interprete Francisco Turriano S. I. Tomo iv. p. 232. Citat inter ceteros S. Maximum..

NICEPHORI Patriarchæ C P. opuscula quatuor contra Iconomachos. 1. duodecim capita contra principes apostasie de Incarnatione Christi. 2. Decem syllogistica demonstrationes de differentia imaginis Christi & Crucis. 3. de Cherubinīs à Moyse factis. 4. ex libro de Imaginibus. Latine, Interprete Francisco Turriano S. I. Tomo iv. pag. 253.

THEODORI Hagiopolitani disputationes tres 1. de Nomine Dei. 2. De Deo & Deitate. 3. cum Nestoriano. Interprete Francisco Turriano Soc. IESV. Tomo iv. 281.

HENRICI Kalteisem Ord. Dominicani oratio quā in Concilio Basileensi anno 1433. per dies tres refutavit tertium articulum Bohemorum, De libera Prædicatione Verbi Dei, quem proposuit per biduum Vdalricus Presbyter Orphanorum. Tomi iv. Parte II. pag. 1. *vide Concilia Bini.*

IOANNIS de Polemar Archidiaconi Barcinonensis oratio, qua in Concilio Basileensi anno 1433. per dies tres refutavit quartum articulum Bohemorum de civili Dominio Clericorum, quem proposuit per biduum Petrus Kayne Anglus. Tomi iv. Parte II. pag. 229.

*Extat in Tomis Conciliorum Severini Bini & in Tomo XXXI. Conciliorum Typographiæ Regiæ.*

S. VVILLIBALDI Episcopi Eichstadiani liber de Vitâ S. Bonifacij Martyris Archiepiscopi Moguntini. Tomi iv. Parte II. pag. 341.

OTHLONI Fuldensis Presbyteri & Monachi libri duo de vitâ S. Bonifacij Martyris Germanorum Apostoli Arch. Moguntia cum epistolis eiusdem Bonifacij, quæ desunt apud Surium. Tomi iv. Parte II. pag. 393.

De fundatione Ecclesiæ Illminensis & Tegernseensis & de translatione S. Arfacii. Item fragmentum Chronicon à THADAO Scotorum Abbate Ratisbonæ, de SS. Kiliano Virgilio & Lullo anno 1457. vnderima die Martii Indictione V. extractum de Chronica fundationis Scotorum. Tomi iv. Parte II. pag. 471.

Vita seu potius Hodeporicon sancti VVillibaldi primi Episcopi Aichstadiani seu Eistetenensis, scriptum à consanguinea eiusdem sancti VVillibaldi sanctimoniali Heidenheimensi. Tomi iv. Parte II. pag. 481.

Eiusdem S. VVillibaldi vita cum Itinerario limationi, Auctore ut videtur REGINOLDO aut alio quopiam ignoto, habetur sub fi-



nem huius Tomi iv. pag. 695.

Vita S. Vvunibaldi Confessoris & Abbatis, fratris S. Vvillibaldi scripta à quadam Sanctimoniali Heidenheimensi. Tomi iv. Parte ii. pag. 516.

Vita sancti Solæ Angli Abbatis in Solenhouden, siue Cella Solonis, scripta ab ERMENOLDO siue Ermenrico Diacono & Monacho. Tomi iv. Parte ii. pag. 544. necnon pag. 732.

Vita S. Vvalpurgis Virginis & Abbatissæ Heidenheimensis, scripta à PHILIPPO trigesimo nono Prasule Eichstadiano. Tomi iv. Parte ii. pag. 563. & pag. 605. Eiusdem Vvalpurgis vita scripta à VVOLPHARDO Monacho Hasenrietano iussu Erkemboldi octavi Prasulis Eistetenensis. Liber secundus extat pag. 720.

Vita SS. Kiliani Episcopi Vvitzburgensis, Kolomanni Presbyteri & Totnanni Martyrum, auctore Anonymo integrè & sine styli mutatione edita. Tomi iv. Parte ii. pag. 628.

Vita S. Burchardi Herpibolensis, seu Vvirzburgensis Episcopi, auctore Anonymo. Tomi iv. Parte ii. pag. 651.

Vita & Passio sancti Tyemonis siue Theodamari, Archiepiscopi Saltzburgensis Martyris in Terra Sancta, Auctore æquano Tomi iv. Parte ii. pag. 666.

#### TOMO V. CONTINENTVR.

B. SERAPIONIS Episcopi Thmucos liber aduersus Manichæos. Interprete R. P. Francisco Turriano S. I. Tomi v. pag. 1. *Hæc & sequentia Patrum opuscula ad Bibliothecam sanctorum Patrum pertinere debent.*

DIDYMI Alexandrini liber contra Manichæos eodem Interprete Francisco Turriano S. I. Sacerdote. Tomi v. pag. 17. *Editus est in primo Tomo Apparatus sacri P. Antonii Possenini Soc. IESV Theologi.*

TITI Bostrensis Episcopi libri tres vnâ cum argumento libri quarti aduersus Manichæos. Eodem Interprete Franc. Turriano S. I. Theologo. Tomo v. pag. 36.

ZACHARIÆ Mitylenensis Episcopi Syntagma aduersus Manichæos eodem Interprete Turriano. Tomi v. pag. 143.

Excerpta ex libro S. HIPOLYTI Episcopi Portuens & Martyris de Theologia & Incarnatione contra Beronem & Helicem Hæreticos. Eodem Interprete Franc. Turriano. Tomi v. pag. 153.

Epistola Sancti GREGORII Nysseni contra Apollinarium, ad Theophilum Alex. Arch. Eodem interprete Turriano. Tomi

pag. 115. 116. 117. 118.



v. pag. 161. Græcè & Latine habetur excusa ex versione R. P. Frontonis Ducai Tomo II. operum S. Gregorij Nysseni pag. 677.

S. BASILII Magni Rationes Syllogisticæ contrà Arianos, Quod Filius in Diuinis sit Deus, interprete Franc. Turriano. Tomi v. pag. 166.

Scholion EYNOMII & Disputatio Orthodoxi contra eum. Eodem Franc. Turriano Interprete. Tomi v. pag. 172.

Expositio SS. Patrum Magni BASILII & GREGORII Theologi de sancta & Orthodoxa Fide. Eodem Interprete Turriano. Tomi v. pag. 177.

PHOTII Patriarchæ C. P. Epistola ad Michaëlem Bulgarorum Regem vnâ cum sex dissertationibus eiusdem Photij de Diuinitate & Incarnatione. Interprete eodem, qui sape iam laudatus est, Franc. Turriano Soc. IESV Professore eruditissimo. Tomi v. pag. 183.

Fragmentum LEONTII Cyprij aduersus Hebræos. Tomi v. pag. 200.

Vita S. Virginis Mechtildis Principis Berhtoldi Comitis de Andechs Filiæ & Abbatissæ, auctore ENGELHARDO Abbate in Lanchaim. Tomi v. Parte II. pag. 8.

Friderici Primi Imp. cognomento Barbarossæ Expeditio Asiatica & ad Sepulcrum Domini ab æquauo auctore conscripta. Tomi v. Parte II. pag. 44.

GUILLELMI de Baldensel Equitis Aurati Hierosolymitani Hodæporicon ad Terram sanctam anno 1336. ab ipso scriptum rogatu Talayrandi Comitis Petracoricensis S. R. E. Cardinalis vnâ cum epistola ad Petrum Abbatem Aulæ Regiæ Ord. Cist. in Diœcesi Pragenli Tomi v. Parte II. pag. 96.

THEODORICI Turingi Ord. Præd. libri octo de Vita S. Elisabethæ filiæ Regis Vngarorum Andreæ, vxoris Ludouici Thuringiæ Landgrauij, &c. Tomi v. Parte II. pag. 147.

HALITGHARII Episcopi Cameracensis de Vitijs & virtutibus & ordine Pœnitentium libri quinque ad Ebbonem Remensem Archiepiscopum. Tomi v. Parte II. pag. 227. Extant in Bibliotheca SS. Patrum Colonienfi & postremis Parisiensibus. Sextus verò liber atque vltimus publicatus est à R. P. Hugone Menardo Ord. S. Benedicti in Notis ad Sacramentarium S. Gregorij & à R. P. Ioanne Morino Congregationis D. N. I. C. Presbytero in Appendice ad opus insigne de Pœnitentia. Vide & quæ ex Steuartio mox dicentur.

Pœnitentiale Halitgarij siue alterius incerti Auctoris, vbi præter cætera etiam est Epistola Hormisdæ Papæ numquam edita. Tomi v. Parte II. pag. 285.

S.



S. ISIDORI, fortè Iunioris, Hispalensis Episcopi, de Conuersis, siue ad Monachos. Tomo v. Parte II. p. 305.

Flacci ALCVINI Epistola de Confessione peccatorum facienda, ad pueros sancti Martini. Tomi v. Parte II. pag. 323. *Edidit cum alijs eiusdem Auctoris operibus Andreas Duchesnius.*

Vita S. Adalberti Pragensis Episcopi & Martyris auctore æquæuo scripta. Tomi v. Parte II. pag. 332.

GUNTHERI Monachi in Cœnobio Parisiensi Historia Constantinopolitana sub Balduino circa annum Domini 1203. Tomi v. Parte II. pag. 358.

De Adelaide coniuge Othonis I. Imperatoris Romani libri duo, auctore familiari eius ut videtur ODILONE Abbate Cluniacensi sanctissimo. Tomi v. Parte II. pag. 398.

Admonitio sancti FAUSTI. Tomi v. Parte II. pag. 423.

FAUSTI Regiensis Episcopi Epistolæ ad Ruricium, Lucidum, & alios. Item LUCIDI ad Euphronium, Leontium, aliósq; Galliæ Episcopos, qua Prædestinarianorum damnat errores, epistola seu libellus. Item Casarij, Eufraij, Græci, Sedati, Taurentij & Victorini epistolæ ad RVRICIUM Lemouicensem Episcopum. Eiusdem quoque Ruricij Lemouicensium Præsulis ad diuersos Epistolarum libri duo. Tomi v. Parte II. à pag. 428. ad 513. *Omnes has Epistolas ab infinitis mendis liberatas inferemus Deo dante Tertiæ Parti nostrarum Antiquarum Lectionum, ut suo loco monuimus, eoque libentius, quod, qui Desiderij, aliorumque Gallorum Episcoporum literas Tomo I. Historicorum Franciæ edidit Duchesnius, eas de quibus agimus, omnino intactas reliquit.*

Epistolæ Desiderij Episcopi Cadurceni ad diuersos & aliorum ad Desiderium. Tomi v. Parte II. pag. 526. *Eadem postea bis edita sunt Primum à Marquardo Frehero tum ab Andrea Duchesnio, ut mox insinuauimus, ideoque ab ijs abstinemus.*

EVANTI Abbatis epistola contrà eos qui sanguinem animalium immundum esse iudicant & carnem mundam esse dicunt. Tomi v. Parte II. p. 553.

S. ADAMANTII Scoti libri tres de sancto Columba Scoto Presbytero & Confessore, qui circa annum Domini 565. floruit. Tomi v. Parte II. pag. 562.

COGITOSI de Vita S. Brigidæ Virginis Scotæ, quæ sub Iustino seniore Imp. obiit anno 521. Tomi v. Parte II. p. 625.

Acta S. ALBANI Martyris, incerto auctore, qui videtur SIGEARDVS Monasterij S. Albani Monachus. Tomi v. Parte II. pag. 648.

Vita nobilis Viri Henrici à Zuifaltach Sueui in monasterio

R r



Ochsenhaufano Prioris religiosissimi scripta à Monacho Ochsenhaufano. Tomo v. Parte II. pag. 670.

Synodus Regiaticina, seu potius in Regia ciuitate Ticinensi habita sub Lothario & Ludouico piissimis Augustis Tomi v. Parte II. pag. 674. *locum iam reperit in Collectione Seuerini Binij vnà cum Conuentu Ticinensi anni 854. Ludouici Imp. anno 6. Indictione IV.*

Genealogia CAROLI Magni, Auctore Anonymo, qui viuebat anno 867. Tomi v. Parte II. pag. 688.

Acta S. Cuthberti Lindisfarnensis Episcopi à Venerabili Beda Heroico carmine conscripta. Tomi v. Parte II. pag. 692. cum Præfatione ad Ioannem Presbyterum. *Ex ijs similibusque opusculis Poëticis accessio fieri poterit Corpori Poëtarum Mediæ Aetatis.*

Epigrammata seu Hymni sacri Illustrium Virorum Antiquorum Patrum Monasterij S. Galli BERNARDI Abbatis, COLYMBANI, ECKERARDI, HARTMANNI, NOTKERI Balbuli, NOTKERI Medici, RATPERTI, STRABI Galli Fuldensis, TVTELONIS, VVALDRAMNI & Anonymorum plurimum. Tomi v. Parte II. à pag. 728. ad 782.

S. ALTHELMI Schireburnensis apud Occidentales Saxones in Britannia Episcopi libri duo carmine descripti. Primus de Laude Virginum: alter de octo Principalibus vitijs. Tomi v. Parte II. p. 798. cum præfatione Acrostichica ad Maximam Abbatissam. *Extant in Bibliotheca SS. Patrum Colonienſi & Parisienſibus.*

THEODULFI Abbatis Floriacensis & Episcopi Aurelianensis elegiæ epistolares de suo exilio ad Modoinum & Aigulfum cum responsione eiusdem Modoini. Tomi v. Parte II. pag. 879. *Edidit omnia Theodulfi opera R. P. Iacobus sirmondus Lutetiæ Parisiorum apud Sebastianum Cramoisy anno 1646. in 8.*

Sermo S. GALLI Confessoris dictus Constantiæ in Templo sancti Stephani, in consecratione Ioannis Episcopi Constantiensis Tomi v. Parte II. pag. 896.

Vita S. Magni auctore THEODORO eiusdem S. Magni discipulo Monacho ad S. Gallum, & Campedonenſi Abbate primo. Tomi v. Parte II. pag. 913.

S. ORESII Abbatis de sex cogitationibus sanctorum libellus, cum carmine Anonymi de sancta Cruce. Tomi v. Parte II. pag. 951.

Flacci Albini Alcuini Dialectica & Grammatica. Tomi v. Parte II. à pag. 960. vsque ad 1050. *Edidit cum alijs eiusdem scriptoris operibus Duchesnius peculiari volumine in folio, anno 1617.*



Synodus Augustana anno 952. Indictione regni Othonis 16. Tomi v. Parte II. pag. 1053.

Synodus Engilenheimensis seu Ingelheimensis anno 948. Indictione vi. regni Othonis 13. Tomo v. Parte II. pag. 1057. *Editæ sunt illa synodi cum aliis à Severino Binio.*

## TOMO VI. CONTINENT VR.

BARLAAMI de Seminariâ Episcopi Gyracensis seu Hieracensis Epistolæ ad Græcos de Vnione cum Romana Ecclesia & Processione sancti Spiritus, & aliorum Græcorum ALEXII Calocheti, DEMETRII Thessalonicensis, &c. Tomi VI. pag. 4.

Ethica secundum Stoicos per Dominum BARLAAMVM de Seminaria, Episcopum Gyracensem composita sub compendio. Tomi VI. pag. 80. Epistolæ editæ sunt.

HUMBERTI Syluæ Candidæ Episcopi S. R. E. Cardinalis & Leonis IX. ad Imp. CP. Legati aduersus calumnias MICHAELIS Patr. CP. & LEONIS Archiepiscopi Achridani in Bulgaria liber vnus. Item liber alius eiusdem Humberti contra NICETAM Pectoratum Presbyterum & Monachum Monasterij Studiani Constantinopoli. Accessit brevis relatio rerum CP. ab Apostolica sedis Legatis gestarum anno XI. Imperij Constantini Monomachi Indictione VII. Tomo VI. pag. 114.

Sancti ANSELMI Lucensis Episcopi libri duo contrâ Guibertum Antipapam pro defensione Gregorij VII. Legitimi Romani Pontificis. Tomo VI. pag. 202. & pag. 235. Subijciuntur sententiæ ex variis Auctoribus collectæ quibus demonstratur Ecclesiæ facultates non esse in potestate Regis aut Cæsaris.

Epitome Bellorum quæ à Christianis Principibus pro recuperatione Terræ sanctæ susceptæ sunt: in qua etiam descriptio Palæstinæ & multa de Mahomete ab incertis Auctoribus conscripta circa annum 1373. & 1422. Tomi VI. pag. 251.

Descriptio Terræ sanctæ Auctore BURCHARDO de Monte Sion ad Burchardum Lectorem Ordinis Prædicatorum ad Maydenburg. Tomi VI. pag. 297.

Itinerarium nobilis Viri RUDOLFI Frammeynsberg Bauari in Palæstinam, ad Montem Sinai, & in Ægyptum anno 1346.

VVALA FRIDI Abbatis sermo, seu Tractatus de subuersione Ierusalem in caput XIX. Euangelij S. Lucæ. Tomi VI. pag. 331.

ALCVINI Homilia in Natalem S. Vvilibrordi Archiepiscopi, & vita & rebus gestis eiusdem sancti liber carmine conscriptus, & Elegia in S. Vvilgifum parentem S. Vvilibordi. Tomi



vi. pag. 345. Tum pag. 366. & seqq. eiusdem Flacci Alcuini de illo Canticorum loco; Sexaginta sunt Regina & octoginta concubinae: Item epistola eiusdem, ut videtur, Alcuini de ceremoniis Baptismi ad Carolum Imperatorem Augustum pag. verò 409. extat eiusdem Alcuini Epitaphium carmine scriptum & alia quaedam, cum breuiquo fragmento Chronologico, &c.  
*omnia haec in folio excusa sunt in collectione Duchesniana omnium Alcuini operum.*

Vita & res gestae S. Henrici Imperatoris hoc, nomine Primi, qui vulgò secundus dicitur ac Claudus. Auctore incerto. Tomo vi. pag. 383.

Breuis relatio de origine, fundatione, & progressu Monasterij Vvindbergensis in Bauaria Ordinis Præmonstratensium. Tomi vi. pag. 400.

Epitome Canonum, quam ADRIANVS Summus Pontifex Pontifex hoc nomine primus Carolo Magno Francorum Regi Romæ obtulit. Tomi vi. pag. 413. & pag. 438. Officium de sancto Carolo exscriptum ex vetusto quodam Rituali libro. Edita.

Martyrium S. Desiderij Viennensis in Galliâ Episcopi, olim ex antiquis membranis ab Adone eiusdem Metropolis Antistite collectum & ad Monachos in cœnobio Sancti Galli sub Grimaldo Abbate Deo militantes transmissum, ut docet Indiculus ISONIS Tomi vi. pag. 444.

Epistola Eugippij Abbatis in vitam Seuerini Noricorum Apostoli ad Paschasium Diaconum, quæ hætenus desiderabatur. Tomi vi. pag. 455. Edidit R. P. Ioannes Bollandus Tomo I. ad diem 8. Ianuarij p. 484.

Vita sancti Gregorij Magni Papæ ab incerto auctore conscripta. Tomi vi. pag. 461.

De vita S. Gebhardi Constantiensis Episcopi & monasterij Peterhusensis fundatoris libri duo conscripti anno 1511. per Felicem Manilium. Tomo vi. pag. 477.

THEODULFI Aurelianensis Episcopi Item IONÆ Aurelianensis similiter Episcopi, & aliorum Poëmata quaedam. Tomi vi. pag. 504. & pag. 521. Carmina Incerti Auctoris de Carolo Magno & Leonis Papæ ad eundem Aduentu. *Quæ à sirmondo, Duchesnio, aliisque Collectoribus omissa fuerint ea, nostro huic supplemento Cansiano vel Novo Poëtarum mediæ ætatis Corpori inferemus.*

Poëmata [VVALAFRIDI Strabi Augiensis Abbatis. Tomi vi. pag. 546. *Hæc multis in locis emendata suo tempore vulgabimus cum aliis eiusdem ævi Poëticis opusculis.*

STRABI



STRABI Fuldenſis Hortulus ad Grimaldum S. Galli Abbatem. Tomi vi. pag. 672.

Martyrologium HRABANI vt habet codex mſſ. celeberrimi Monasterij S. Galli. Tomi vi. pag. 688.

Martyrologium NOTKERI, cognomento Balbuli, Monachi ſancti Galli, qui obiit anno 912. Tomo vi. pag. 761.

ECKHERHARDI Decani S. Galli de vita B. Notkeri, cognomento Balbuli, Monachi S. Galli. Item actus ſive proceſſus Canonizationis eiufdem auctoritate Leonis Papæ x. à notariis iuratis publica fide conſcriptus. Tomi vi. pag. 934.

Monumenta Salisburgenſia in decem partes diſtributa, collectore IOANNE Stainhaufero Senatore Salisburgenſi: hoc eſt.

I. Hiſtoria de de Miraculis S. Vitalis primi Abbatis Monasterij Sancti Petri Salisburgi & ſecundi Episcopi ibidem. Tomi vi. pag. 1023.

II. Hiſtoria ſancti Rudberti Episcopi Salisburgenſis, pag. 1107.

III. Vita & Miracula ſanctæ Erentrudis Virginis Abbatiffæ Monasterij Nunbergenſis Salisburgi. pag. 1125.

IV. Vita S. Rudberti primi Episcopi Salisburgenſis, Auctore ſancti Eberhardi Arch. Salisburgenſis Diſcipulo, auctior eâ, quæ ſecundo Tomo habetur. Tomi vi. pag. 1139.

V. Notitia donationum factarum Eccleſiæ Salisburgenſi & S. Petro. pag. 1147.

VI. Vita & Miracula ſancti Virgilij Episcopi Salisburgenſis. pag. 1173.

VII. Vita ſancti Eberhardi Episcopi Salisburgenſis. pag. 1194.

VIII. De ſancto Hartuico Episcopo Salisburgenſi pag. 1215.

IX. Breuiſ Catalogus Episcoporum & Archiepiscoporum Salisburgenſium. pag. 1224.

X. Vita ſancti Gebhardi Salisburgenſis Archiepiscopi, Fundatoris Eccleſiæ Adununtenſis. pag. 1227.

Accedunt Chronica Salisburgenſia ex Bibliotheca Doctoris Hungeri uſque ad annum 1475. Tomi vi. pag. 1252. & pag. 1284. Catalogus breuiſ Episcoporum Chyemenſium.

Descriptio Terræ ſanctæ Auctore ANSELMO Ordinis Minorum de Obſeruantia. Tomi vi. pag. 1289 & pag. 1323. Præfatio IACOBI Virriaci in Hiſtoriam Orientalem & Occidentalem, quæ deerat in editione Duacenſi anni 1597.

EXAVCTARIO PETRI STEVARTII.

PETRVS STEVARTIVS Leodius, Theologia Doctor, Sacrarum li-



terarum in Academia Ingolstadiensi Professor, Procancellarius, Mauricianus ibidem Pastor & Canonicus Leodiensis, Antiquis Henrici Canisij Lectionibus veluti Appendicem addidit Tomum singularem insignium Auctorum tam Græcorum quàm Latinorum, quos ex varijs Bibliothecis accessitos prodire & publicè prodesse iussit Ingolstadij ex Typographiâ Ederianâ apud Elisabetham Angermariam viduam in 4. anno Domini 1616. Eorum Catalogum hic quoque præfigi par est, ut Lectores curiosi Antiquitatis Ecclesiasticæ habeant in numero Scriptores quoque non contemnendos, qui Canisianis succenturiari possint ac debeant, nisi prius commodiori forma in Maiora Corpora Bibliothecæque cooptati fuerint.

ETHERII Episcopi Vxamenfis & Beati Presbyteri aduersus Eulipandum Archiepiscopum Toletanum libri duo de Adoptione Christi Filij Dei, ex Bibliotheca Toletana deprompti, operâ P. Ioannis Marianæ & à P. Andrea Schotto ad P. Iacobum Gretserum missi. pag. 17. & pag. 243. Fragmentum contra Folmarum.

ANDRONICI Constantinopolitani ex Imperatoria Comnenorum familia Dialogus contra Iudæos, interprete Ioanne Liui-neio, ab eodem P. Schotto ad eundem P. Gretserum Ingolstadium missus anno 1615. pag. 263.

BASILII Seleuciæ Episcopi, demonstratio aduersus Iudæos, Interprete Francisco Turriano Soc. IESV, ex eorum Scripto- rum numero, quæ plurima ad Henricum Canisium olim miserat P. Antonius Posseuinus ex eadem Societate à Turriano ex Græco in Latinum Sermonem conuersa. pag. 405.

Collectanea contra eosdem Iudæos ex Sacris Scripturis, inter- prete eodem Turriano. pag. 415.

Miscellanea de quibusdam Hæresibus earumque auctõribus, eo- dem Interprete. pag. 430.

PHOTII Archiepiscopi Constantinopolitani de voluntatibus in CHRISTO, quæ dicuntur Gnomicæ, liber vnus, eodem Francisco Turriano Soc. IESV Presbytero interprete, inter Schedas Henrici Canisij post obitum eius repertas. pag. 437.

Dissertatiuncula de descriptione illa Photianâ, & quanti ponde- ris sint argumenta, quæ adfert pro sua sententia stabilienda. pag. 453.

ANASTASII Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni orationes quin- que, interprete eodem Francisco Turriano Societatis IESV, inter Canisiana aduersaria reperta, & in lucem edita, ut cum Gode- fridi Tilmanni translatione primo Tomo Bibliothecæ SS. Pa- trum publicatâ conferri possint.

1. Oratio de Sancta Trinitate pag. 463.



II. Oratio de Incircumscripto. pag. 485.

III. De Diuina Oeconomia, hoc est Incarnatione. pag. 490.

IV. De Passione & impassibilitate Christi. pag. 503.

V. Oratio de Resurrectione Christi. pag. 511.

D. IOANNIS Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani brevis expositio capitis primi Euangelij S. Ioannis, interprete Gerardo Vossio Leodiensi siue Eburone. pag. 518.

Tractatus Anonymi contra Græcorum errores de Processione Spiritus Sancti, de animabus defunctorum, de azymis & fermentato, de obedientia Romanæ Ecclesiæ editus Constantino-  
poli in adibus Fratrum Prædicatorum anno Domini 1252. ex mss. codice Bibliotheca Bauaricæ à pag. 535. ad 631.

Pœnitentiale RHABANI Archiepiscopi Moguntini ad Heribaldum Episcopum ex mss. codice celeberrimi Monasterij Vveingartenensis diuersum ab eo quod Antonius Augustinus Arch. Tarracensis edidit ad Otgharium Archiepiscopum, pag. 635 hoc titulo. Incipit liber pœnitentialis ex Canonicis Constitutionibus ab Rhabano venerabili Archiepiscopo compendiosè defloratus. Dilecto Fratri Heribaldo Alcedronensi Antistiti ( hic fuit Episcopus Antifiodorensis circa ea tempora sat aliunde eruditus cognitus ) Ab Rhabanus peccator & seruorum Dei vilissimus seruus, &c.

Statuta Canonum de Officio Sacerdotum Incerto Collectore ex libro II. Burckhardi. pag. 673.

Liber pœnitentialis ex scrinio Romanæ Ecclesiæ assumptus, Quomodo pœnitentes sint suscipiendi, iudicandi, siue reconciliandi. pag. 693. Præfationem Halitgarij Episcopi Cameracensis habes pag. 713.

Chronicon Incerti Auctoris à Natiuitate Domini vsque ad annum eiusdem Domini nostri 1167. ex mss. codice Monasterij Allerspachensis in inferiore Bauaria exscriptum à P. Ferdinando Crendelio Societatis IESV Sacerdote, à pag. 717. ad 796.

BENEDICTIO DEI, hoc est, Commentariolus quomodo Deus, præcipuè per Psalmos, benedicendus atque laudandus sit: ex Cassiodoro & Isidoro magna ex parte contextus ab Anonymo quodam, vt videtur, Monacho Ratisbonensi, ad Bathericum Episcopum Ratisbonensem, qui sedem illam obtinuit anno Redemptoris 814. à pagina 799. ad 844.





SPECIMINIS  
ANTIQUARVM LECTIIONVM  
LATINARVM ET GRÆCARVM  
SVPPLEMENTVM SECVNDVM

Ex Indice librorum nondum editorum con-  
fecto à Scipione Tettio Neapolitano  
ante annos LXX X.

*Extat Index hic calamo exaratus ac manu Claudij Pu-  
teani in Parisiensi Curiâ Senatoris integerrimi, servatúr-  
que inter cimilia clarissimorum ipsius Filiorum Petri ac Ia-  
cobi, codice 751 Miscellaneorum mss. cum pluribus alijs Ca-  
talogis insignium Bibliothecarum: ex quibus hunc à pluribus  
expetitur selegi pralo committendum, & si in eo quadam  
recenseantur opuscula, quæ à septuaginta & quod excurrit  
annis beneficio Doctórum Virorum excusa sunt.*

LIBRI LATINI NONDVM EDITI.

*Verba sunt Tettij.*



PRONIANI commentarius in Virgilium.

APVLEII Minuciani de Orthographia libri duo in  
vaticana & Achillis Stati.

ADAMANTII siue Martyrij de B. muta, & V. vo-  
cali, liber vnus.

BALBI vel Frontini, vel Augusti Cæsaris & Heronis liber de  
Colonijs.

CASSIODOR



CORNELII PROMPTUS exemplum orationum per Aspidochor-  
tum.

EPAPHRODITI & Vitruvii Ruffi architectonica, liber vnus.

GAUDENTII Sermones.

HYGENI Gromatici liber de munitionibus castrorum.

ISIDORI & Ildephonsi de scriptoribus Ecclesiasticis in *Vaticana* & *Fulvii Vrsini*.

IULII Seueriani ascitomata artis Rhetoricæ, liber vnus.

IUNIVS Philargyrius Grammaticus in Virgilium in *Florentina*.

PLACIDI Grammatici glossæ per Alphabetum, liber vnus.

PLAVTI Comœdia Philodoxium in *Bibliotheca Achillis Statij*.

PLINII Senioris Historiarum libri 20.

PVBLILII Optatiani Porphyrij Panegyricus Constantino  
dicatus.

SIMPLICII, vel Nypsi, vel Ageni, de mensuris liber vnus.

TROGI Pompei Historiarum libri.

VARRONIS Liber de Arithmetica.

VELLEI Paterculi liber prior integer.

VELII Longi de Orthographia liber vnus.

### LIBRI NONDV M EDITI GRÆCI

ADRASTI Peripatetici harmonicon libri tres in *Bibliotheca Car-*  
*dinalis, à sancto Angelo quæ nunc est Cardinalis Farnesij fratris.*

ABYDENI Assyriaca Historia.

ACHMET Medici libri.

ACROPOLITES Historicus.

ACTVARI Medici libri.

ACHILLES in Arati Phenomena. in *Vaticana*.

ACHILLIS Statij de Leucippe & Clitophonte libri 8. in *ea-*  
*dem*.

ACHITIVS in quosdam Platonis locos in domo Diegi Mendoz-  
æ *Hispani*.

ALBINI Isagogicus dogmatum Platonis in *Bibliotheca Mona-*  
*sterij S. Augustini Romæ.*

ALEXANDRI Magni Epistolæ & eius vita, incerto auctore.

ÆLIVS Promotus Alexandrinus Medicus in domo Diegi Hurta-  
tadi Mendozæ.

ÆNEÆ Sophistæ Elenchus & dialogus Theophrastus.

AGATHIÆ Smyrnæi Historiarum libri.



ALEXANDRI Aphrodisei commentaria in Metaphysica. In Bibliotheca Cardinalis Carpensis.

ANDRONICI Callisti de Physica scientia & fortuna. In Bibliotheca Petri Strozæ, quæ primùm fuit Cardinalis Rodulfi, postea Katharina Mediceæ Regine Francorum.

ANTHEMII Mechanica paradoxa.

Anonymi in Elenchos, Topica, Analytica; Tropi, Schemata, apotelesmata, de somnijs, de arte Sacra, in Aristarchum & Aristidem scholia, in Analytica priora. In Bibliotheca Strozæ, &c.

ANTIOCHI apotelesmata vel thesauri capp. 107.

ANTONINI Caesaris ἐκ τῶν ῥημάτων In Vaticana & Strozæ.

APOLLONII Pergæi Conica libris quatuor cum commentarijs Eutocij. In Vaticana.

Apotelesmata Anonymi, Antiochi, Apomassaris, Demophili, Heraclidis, Hephæstionis Thebani, Orphei, Iuliani Laodicensis, Persæ, Pauli Egyptij, Heliodori, Stephani, Melampodis, Manethonis, Petosiris, Valentis Antiocheni, Theophili, Zoroastræ. In Bibl. Card. Carpensis.

ARCHYTÆ Categoria.

ARCHIMEDIS Ochumena de insidentibus aquis, de speculis comburentibus.

ARCADII Grammatica.

ARRIANI Parthica & Bithynica post Alexandri Asianicæ.

ARPOCRATIONIS ἑπὶ στοιχείων συγγραμμὴ per alphabetum. In Bibliotheca Cardinalis à sancto Angelo, quæ nunc est Cardinalis Farnesij Fratris.

ARISTARCHI Samij de magnitudine Solis & Lunæ & aliorum. In Bibliotheca Cardinalis à sancta Flora, nunc Card. sforzæ fratris.

ARISTIDÆ Physicus, Fabulæ, Ichneutes. In Vaticana.

ARISTOXENI Harmonicorum libri tres, Aristidæ Quintiliani libri tres, Alypij Isagoge, Bacchij vel Vaccæi Isagoga, Bryenij libri tres, Diophanti Isagoge, Euclidis vel Cleomedis vel Cleonidæ Thebani Isagoge, Nicomachi Isagoge, Gaudentij Isagoge, Gemini Isagoge, Ptolemæi libri tres, Porphyrii, & Nicephori in Ptolemæi libros, Theonis Synopsis totius Harmonices. In Bibliotheca Cardinalium à sancto Angelo, à S. Flora, &c.

ASTRAMPSECHI ad Ptolemæum liber. In Bib. Card. à S. Angelo.



in Nicomachi Arithmetica.

ATHENAGORÆ Legatio ad Commodum.

ATHENÆI Mechanica, Onofandri de re militari liber vnus, Mauricij libri duodecim, Leonis liber vnus, Africani, Xesti, Bitonis, Apollodori, Ctesibij, Damachi, Aneæ, Vabicii, Philonis Byzantii, & aliorum libri de re militari & instrumentis bellicis.

AVTOLYCI Sphærica libris tribus, de ortu & occasu libris duobus, in *Vaticana* & *Card. à S. Flora*.

ATTICI Platonici liber vnus.

ATHANASII Lexicon & alia opera.

Astronomica & Prognostica varia.

BASILII Imp. Paraneses ad Filium.

BITONIS Fabrica Bellicorum Instrumentorum.

BRYENNI Manuelis harmonicon libri tres.

BRISSEONIS Dialectica.

BACCHII vel Vaccaei Ifagoge Harmonica.

CALLISTHENIS Historia de Alexandro.

CHARICLEI Antitheticus ad Plotinum.

CLEOMEDIS Arithmetica, & Harmonica Ifagoge.

Chirurgiæ libri vel volumina duo collecta ex Medicis antiquis.

CONSTANTII Duca Imperatoris liber vnus.

CONCORDII de Tropis.

CYRANI *ἡ περὶ φυσικῶν ἀντιφάσεων* & *ἡ περὶ ἀστρονομίας*.

CHORICI Sophistar meleta tres.

CONSTANTINI Manasse Chronica.

CYRI Historiæ libri sex.

CYRILLI opera omnia in *Vaticana*.

DAMASCII in Parmenidem & Physica in libros de calo apud *Diegum Hurtadum Mendozam*.

DEMOCRITI & quorundam aliorum Philosophorum sententia.

DEMETRII Byzantii *ἡ περὶ ἱστορίας* & *ἡ περὶ γεωγραφίας* libris duobus.

DIODORI *ἡ περὶ καθολικῆς ἱστορίας* liber in *Vaticana*.

DICÆARCHI Geographia apud *Henricum Scriverum Scotum Bibliothecarium Fuggerorum*.

UDIOENIANI Paræmia in *Vaticana*.

DIONYSII Thracis Grammatica apud *Mendozam* & *Strozam*.

DIONYSII Byzantij Periplus.



- DIOPHANTI Arithmetices libri octo & harmonica ifagoge.  
 DEXIPPI in Categorias & alia.  
 DAVID Niceta in Categorias & quinque Voces Quaestiones  
 Philosophicae.  
 EMPEDOCLEIS Errantium & inerrantium stellarum Sphaera li-  
 bro uno in Stroziana.  
 ERICHARMVS Cous Medicus in Vaticana.  
 EVAX de gemmis.  
 EPICETI Epistola cum Simplicij commentariis.  
 EVCLIDIS data, phaenomena, de leui & graui in Vaticana.  
 EVNAPII historia & vita Sophistarum apud Diegum Mendoz-  
 zam & Cardinalem à s. Angelo.  
 EVSTATHII de Hismena & Hismeno libris undecim in Va-  
 ticana, Card. à s. Angelo & Stroziana.  
 EUTOCHII Ascalonita commentarij in Apollonii conica in  
 Vaticana, Stroziana & Carpenfi.  
 EVTECHNII Sophista in Nicandri Theriaca & in Oppianum  
 commenta.  
 ERATHOSTENIS phaenomena in Vaticana.  
 GAUDENTII Harmonica Ifagoge in Vaticanam & Card. à s.  
 Flora.  
 GEMINI Ifagoge Meteorologumenon & harmonices in Vaticanam.  
 GEORGII Pisida Cosmopoea carmine iambico versibus tre-  
 centis in Stroziana.  
 GEORGII Patriarchae Paroemia per alphabetum in Vaticana.  
 GEORGII Cedreni Synopsis Historiarum ab Adamo ad Nice-  
 phorum Botoniarem.  
 GEORGII Syngeli historia ab Adam ad Diocletianum.  
 GREGORII NYSSENI opera.  
 HEPHÆSTIONIS Thebani ἑπὶ κατὰ πρότερον libris tribus in Biblio-  
 theca Petri Strozze.  
 HELIODORI Larissaei optica & de septem Planetis apud Cardi-  
 nalem à sancto Angelo.  
 HELYCONII Chronica.  
 HERODIANI Grammatica opuscula in Stroziana.  
 HERMIAE in Phædrum Platonis libris tribus in Monasterio s.  
 Augustini Romae.  
 HERACLITI apotelesmata in Bibl. Card. Carpenfis.  
 HERENII Philonis Biblij ἑπὶ διαπορῆς συναρτῆς per Alphabe-  
 tum in Vaticana. HERONIS



HERONIS Ctesibii Alexandrini geoponicon libri 20. geodesia, mechanica, geometrumena, automata, pneumatica, hydria, zygia, poliorcetica in *varius Bibliothecis*.

HESYCHII Milesii opuscula.

HYPsiclis Alexandrini anaphorica in *Vaticana* & *Cardinalis à sancta Flora*.

HERoclis in Pythagoræ carmina, in Alcibiadem primum de providentia, in *Stroziana*.

HIPPARCHI Pythagorici ethica in *Florentina Medicea*.

HIPPARCHI Nicæi de Eudoxi & Arati phænomenis libri tres in *Vaticana*.

HYSTRI Callimachi cognomento Ethici historia in *Vaticana*.

IAMBlichi de secta Pythagoricâ libri tres, de fato liber vnus, de mysteriis, de Nicomachi arithmeticis, epistolæ, & alia.

ISIGONI liber de aquis in *Florentina*.

ISIDORI Pelusiota epistolæ 1213.

ISIDORI Characeni Stathmi Parthici in *Stroziana*.

IvLIANI Laodicensis apotelesmata in *Carpensi*.

IOANNIS Philoponi de vsu astrolabij & in Nicomachi arithmetica in *Vaticana*.

IvLIANI Cæsaris ad Sallustium, Symposium, Misopogon, in Solem Regem, encomia duo in *Stroziana*.

IGNATIi commentarij in Aristotelis Logica.

IOANNIS Curopalata Synopsis Historiarum.

IOANNIS Pædralimi de dimensione terræ.

IOANNIS Chrysostomi opera omnia.

Interpretes Homeri xxx, antiqui, Tomis duobus.

Interpretes Platonis omnes, Tomis duobus in *Florentina*.

IvLIi Pollucis epitome per Anonymum in *Stroziana*.

LEONIS Imperatoris de re militari, & alia, in *Vaticana*.

LESBONACTIS *ἐπὶ γυμνασίου* liber vnus in *Stroziana*.

Legum Imperialium libri sexaginta, tomis tribus, in *Stroziana*.

LONGI Amatorii libri quatuor, in eadem.

Lexica Athanasij artis Sacræ, Cyrilli herbarum, Eudemi, Iuliani, Maximi, Nicæ, Pausaniæ, Photii, Pollucis.

LAMPRIÆ Plutarchi Chæronei filii tabula vel index eorum quæ pater eius scripsit.

MAVRICIi Imperatoris de re militari libri duodecim.

Manethus apotelesmaticus carmine in *Florentina*.

MARCIANI peripli libri tres in *Bibl. Henrici Scriveri Scoti*.

MARINI in Euclidis data in *Vaticana* & *Stroziana*.



- MAXIMI Planudæ varia.  
 MANVELIS Comneni varia in *Vaticana*.  
 Maximi in Aristotelis Categorias & in epigrammata.  
 MENELAI Sphærica libris tribus.  
 MANVELIS Bryennij harmonica libris tribus.  
 MELETII de natura hominis liber & alia apud *Diegum Hurtadum* & *Petrum Strozam*.  
 MOERIDIS ἀνυσὶς in *Vaticana*.  
 MYSTIONIS Smyrnæi gynæcia capp. 1072. in *Florentina*.  
 NEMESII de natura hominis in *Stroziana*, *Carpensi* & *Mendozaiana*.  
 NICOLAI Damasceni de coniurationibus in domo *Diegi Hurtadi*.  
 NICOLAI Artavaſda de ratione ſupputandi.  
 NICOMEDIS Scholia in *Priora* in *Stroziana*.  
 NICAË Etymologicum in *Florentina*.  
 NICEPHORI Historia & alia in *Vaticana*.  
 NICEPHORI dialogi & epistolæ.  
 NICEPHORI Imperatoris de excuſſione.  
 NICOMACHI Harmonica Iſagoge in *B. Card. à S. Angelo*.  
 NICOLAI Chalcocondyli historia in *Vaticana*.  
 NILI historia in eadem *Bibliotheca Pontificiâ*.  
 NONNI Dionyſiaca libris 48. in *Bibl. Card. à S. Angelo*.  
 NICETÆ varia in *Vaticana*.  
 OLYMPIODORI in Alcibiadem, Gorgiam, Philabum, Phædrum, in poſteriora Ariſtotelis & in Eccleſiaſtem apud *Diegum Hurtadum*.  
 ONOSANDRI de re militari liber in *Vaticana*.  
 OPIANI ἱερωγὰ in *Bibl. Card. à ſancta Flora*.  
 ORIGENIS libri in *Vaticana*.  
 ORIBASII Medici libri 24. in domo *Diegi Hurtadi*.  
 ORIONIS Thebani etymologia per alphabetum in *Stroziana*.  
 PAVLI Ægyptij apotelesmatum libri tres in *Vaticana*.  
 PHOEMONOES ἑγρεοφόνου.  
 PAPPI Synagoge Mathematices libris decem in *Vaticana*.  
 PALLADII commentarius in Hippocratem de morbis acutis.  
 PANCAEI Rhetorica in *Vaticana*.  
 PSELLI varia opuscula.  
 PETOSIRIS ad Neceſſo Regem liber in *Carpensi* & *Card. à S. Angelo*.



PHILOTHEI commentarius in Aphorismos Hippocratis.

PHOTII epitome ducentorum Auctorum, & lexicon per alphabetum, in *Bibliothecis Mendozaana & Stroziana*.

PLOTINI Philosophi libri omnes 54. Enneades sex: in *Carpensi & Stroziana*.

POLEMONIS epitaphium Callimachi & Cynægiri, & orationes aliae in *Vaticana & Florentina*.

POLYAENI Macedonis Stratagemata libris octo, in *Stroziana & apud Diegum Hurtadum*.

PORPHYRII vita Plotini, & in Ptolemaei harmonica, in *Carpensi*.

PRISCI Panitæ historiarum libri octo, in *Vaticana*.

PROCOPII Historiarum libri octo, & Agathiae libri quinque in *Vaticana*.

PROCLI de causis, Theorica, de inerrantium gradibus in Zodiaco, de epistolico charactere, Theologica elementatio, Physica elementatio, Platonis Theologia libris sex, in Alcibiadem primum, in Cratylum, in Parmenidem libris septem, in *Stroziana & Card. à sancta Flora*.

PTOLEMAEI harmonicorum libri tres, menses Ægyptij libris duobus, de speculis comburentibus libri duo, de Analemate vnus, planisphaerium, de auspicationibus, de magnitudine temporis, canones manuales in *Vaticana & Stroziana*.

SERENI Antissæi de cylindris libri tres, in *Vaticana, Stroziana & Mendozaana*.

SEXTI Empirici Sceptica libris decem.

SEVERI ethopæiæ, meletæ, & Demostenis schemata, in *Stroziana*.

SCYLACIS Caryandei geographica apud Henricum Scringenum Scotum Fuggerorum Bibliothecarium.

SIBYLLARVM libri sex reliqui ab octauo ad 14. in *Vaticana*.

SIMPLICII in epistolas Epiæcteti & in Iamblichum de secta Pythagoræ.

SPLENII de generatione hominis in *Stroziana*.

SOTYRAE Gynæcia in *Florentina*.

STASINI Poëtæ Cypriaca in *Vaticana*.

STOBÆI Physica libris duobus in *eadem*.

STEPHANI Atheniensis in Therapeuticen Galeni ad Glauconem.

STEPHANVS in Timæum, in libros de anima, in Rhetorica Aristotelis.



THEODOSII Sphærica libris tribus, de habitationibus libris duobus, de noctibus & diebus libris itidē duobus in *Vaticana*.

THEMISTII de Epistolico charactere & orationes variae.

THEOPHILI περὶ κοσμικῶν καὶ πολεμικῶν κατὰρχῶν.

THEODOSII Grammatici de metris.

THEONIS Synopsis totius harmonices.

THEONIS Smyrnæi Mathematica quæ apud Platonem.

THEODORETI opera omnia præter sermones de providentia & Historiam Ecclesiasticam.

THEODORI Metochitæ paraphrasis quadraginta librorum Aristotelis.

THEOPOMPI & THEOPHRASTI librorum epitome cum Photio.

VECTII Valentis Antiocheni anthologica libris octo in *Vaticana*.

XENOPHONTIS Ephesij Ephesiaca libris octo in *Florentina*.

XENOPHONTIS Epistolæ in *Veneta sancti Marci*.

XENAGORAE de Insulis in *Vaticana*.

XENOCRATIS περὶ τῆς ἀπὸ εὐδαιμονίας τελευτῆς καὶ περὶ λίσσων in *Vaticana*.

ZOZIMI Historiarum libri sex in *Vaticana*.

ZOZIMI in Demosthenis Philippicas lexicon in *eadem*.

ZOZIMI & aliorum quatuordecim Auctorum scripta de arte Sacra, falsa tamen & supposititia volumina,



SPECIMINIS





# SPECIMINIS

ANTIQUARVM LECTIONVM

LATINARVM ET GRÆCARVM

SUPPLEMENTVM TERTIVM

Ex Catalogo Præcipuorum Auctorum inedi-  
torum Græcè mss. qui asseruantur in Bi-  
bliotheca Scorialensi: opera & studio  
ALEXANDRI BARVOETII  
è Societate IESV.

*Prior numerus, inquit vir ille pereruditus post Prole-  
gomena R. P. Balthasaris Corderii ad S. P. N. CYRILLI  
Archiepiscopi Alexandrini homilias XIX. in Ieremiam  
Prophetam Latinitate donatas & Antuerpiæ in 8. editas an-  
no 1648. Pluteum significat; secundus loculamentum; ter-  
tius codicem: non omnibus autem sui appositi sunt numeri.  
quòd Catalogum meum, unà cum notis meis ac observa-  
tionibus, cum abire, non restituerit, is cui concesseram;  
qui satis accuratum omnium Græcorum mss. inibi delites-  
centium habet indicem, à Davide Coluillo Scoto confectum,  
quem prope diem, unà cum notis meis ac animaduersioni-  
bus ad Auctores ineditos edere cogitat in lucem, si è resua-  
nancisci potuerit Typographum.*

Xx





INDEX Græcorum mss. ipsius Bibliothecæ B. VII. 1. sed antiquus, nec adeo accuratus, quàm sit ille Coluilli, quem concinnavit nuper admodum, recensitis pluribus codicibus, adiectisque notulis quibusdam ac animaduersionibus subinde non contemnendis.

Index Græcorum codicum mss. Bibliothecæ Vaticanæ. Z. VII. 8. Item I. 1. 1. sed scriptus ante annum 1600. à quodam Græcè ac Latine imperito, adeoque nullius penè pretij: tamen si splendide compactus, atque elegantia quæ sita videatur in charactere.

Index mss. codicum Græcorum ac Latinorum Cardinalis Sirleti ac Cardinalis Rudolphi. ibidem. Aliquot tantum folia sunt: totiusque Index Cardinalis Rudolphi ferè citatur etiam à Gesnero in Bibliotheca.

Abbatis Abraham Ascetica quædam capita in Anthologio Patrum, & alibi. Eiusdem videntur hæc quæ alias Laura Monachi inscribuntur, habeturque interpres sermonum Isaaci syri, ex quibus hæc fortasse etiam desumpta. Fragmenta tantum sunt, adeoque non maximi pretij: vti et ipsum Anthologium Græcorum Patrum collectum ex quinquaginta plus minus Auctoribus quæ editis, quæ ineditis; maxima tamen parte ex editis et celebrioribus Chrysostomo, Basilio, Gregorio utroque, Damasceno, &c. Z. III. 2. Præclarum omnino opus, si una cum Asceticis reliquis Sanctorum Patrum Opusculis Græco-Latinè ederetur, indicatis locis unde desumptum.

Abamonis Responsio ad Anebonem de quæstione Susannæ.

Catena in Habacuc Canticum, vti et in alia omnia S. Scripturæ Cantica: è quibus quædam edita à R. P. Balthasare Corderio Soc. IESU in fine Tertij Tomi in Psalmos Catena Græcorum Patrum.

Sunt præterea ibi Catena SS. Græcorum in præcipuos veteris ac novi instrumenti libros: in Genesim: in Leuiticum Marcellini: in Psalmos.

In Cantica Polychronij Procopij ac Neophyti, ita dictus fortè Procopius, quod antea sophista, Neophyti nomine in A. VI. 2. Polychronij O. III. 15. Z. 1. 7. pagina 191. Procopij E. v. 16. Z. II. 5. Hos omnes Codices una cum R. P. Balthasare Corderio diligenter contuli cum mss. Procopij quod nobis R. P. Ioannes Bessonius Collegij Tolosani Rector sua manu descriptum ex Bibliotheca Archiepiscopi Tolosani, humanissimè ac liberalissimè fuerat elargitus. Ceterum reperi omnes planè eadem aut non admodum diuersa inter se continere, præter exigui momenti: quod item in sequentibus codicibus contigit.

In Prouerbia Salomonis Catena nomine Demetrii. Z. II. 2. Procopij E. v. 16. pag. 139. A. VI. 2. pag. 84. Polychronij Z. II. 19. pag. 289. A. III. 17. E. VII. 6. pag. 149.



Item in Ecclesiasten Polychronij E. vii. 6. pag. 189. z. iii. 19. pag. 303. E. ii. 16. pag. 47. B. Procopii A. vi. 2. pag. 174.

Atque in hæc omnia luculentus, ut videtur, Commentarius ut inscribitur Moralis & Anagogicus Malachia Monachi paginis plusquam trecentis. A. i. i. pag. 14.

Sunt præterea Catene ss. Patrum, In Iob, Euangelia, Actus Apostolorum, Epistolas Pauli, aliæque complura Sacrarum Literarum volumina & loca alijs immixta Auctoribus quæ passim hic omisi, quod non nisi tractatus integros hic afferre voluerim, cum fragmentorum & incertus & infinitus fere sit numerus.

Titulus Catene Iobi est: B. Iob liber, & in eum Catena Enarrationum diuerforum ex antiquis Patribus, Dionysio Areopagita, Origene, Didymo, Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandrino, Seuerio Antiocheno, Clemente, Methodio, Iuliano, Apollinario, Olympiodoro Diacono, Euagrio, Theodoro Mopsuestia, Polychronio & alijs.

Addite sunt & quedam protheoriae initio cuiusque capituli: ad hæc varia lectiones notata asteriscis, & historia coloribus depicta. Liber antiquus omnino literis maioribus scriptus in membranis, annorum DCCC. & ultra forma folij. Videtur hæc eadem esse cum Catena edita à Ioanne Paulo Comitolo Venetijs, cum eisdem fere habeat, & eodem ordine. Auctores. De quibus plura vide apud Possenium in Apparatu.

Titulus Catene in Prouerbia est: Salomonis Prouerborum liber & in eum Catena enarrationum Sanctorum Patrum Basilij, Hippolyti Papæ Rom. Origenis, Didymi, Euagrij Philosophi, Epiphanijs Episcopi Cypri, Ioannis Chrysostomi, Apollinarij, Polychronij, Diodori, Eusebij, Apollonij, Olympiodori & Eustathij.

In eodem codice sunt: Michaël Glycas de Adam: Ioannis Zonara Monachi in Tetrasticha B. Gregorii Theologi Episcopi Nazianzeni expositio.

Nonni Panopolitæ interpretatio Historiarum vel fabularum, quæ in Inuectiuis B. Gregorii Theologi aduersus Iulianum Apostatam reperiuntur. Liber in charta recentibus literis, forma folij.

Titulus Catene in Cantica: Salomonis Canticorum Cantica & Catena Enarrationum in ea, Theodoret præsertim & Gregorij Nysseni, Nili, Eusebij, Maximi ac Pselli versibus Politicis siue Plebeis. Eusebij Pamphili in Cantica Græcè editi à Mersio Latine prope diem edenda cum alijs à P. Balthasare Corderio. Liber recens in charta, forma folij. In eodem codice sunt Prisci Asceta, & Theodori Metochita Epistola ad diuersos.



*Titulus Catena in Isaiam: Didymi Alexandrini in Eisaïam Prophetam Commentarii siue Epitome enarrationum ab ipso collecta ex diuersis Sanctorum Patrum, vt Cyrilli, & aliorum scriptis. Liber recens in charta, forma folij.*

*Catena in Prophetas maiores ac minores plures sunt in diuersis codicibus: sed nulla quæ accedat ad præstantiam illius, quæ asservatur in Bibliotheca Magni Ducis Florentiæ præsertim in Prophetas maiores, duobus maximis codicibus vetustissimis ac integerrimis, caractere rotundo quadrato in membrana: è quibus fortasse descripti ij codices, qui seruantur in Bibliotheca Ducis Bavarie, sed non adeo vetusti nec integri.*

*Catena instar, imo omnes Catenas complecti videntur in Prouerbia salomonis, Malachiæ Monachi Sermones Ethici & Anagogici in maximo volumine chartaceo, forma folij, caractere non ita vetusto, paginis ferè mille, in loculo A. 1. 1.*

*Achmet Medici, Filij Abrahamii, Peregrinantium viatica libris septem. Ex Bibliotheca Didaci siue Iacobi de Hurtado de Mendoza, è qua potissima pars Græcorum Manuscriptorum codicum huius Bibliothecæ constat. Codices autem singuli manu illius notati omnes adscripto nomine in prima pagina. Magnus autem hic vir, vti erat literarum ac literatorum amantissimus, summa diligentia maximisque sumptibus hos codices vndique conquisiuit ex Oriente, dum Venetiis degeret Regis apud Rempublicam Legatus. Magnum autem ad hoc illi incrementum attulit submissa illi ab Imperatore Turcarum naus Græcis codicibus onusta, dono missa ob obsequium aliquod præstitum in remittendis quibusdam captiuis Imperatori Turcarum charis in paucis. Ex iis tamen libris quidam perierunt, quidam etiam ab alijs sublatis sunt, & in alijs Italia Bibliothecis collocati: Ceterum tota hæc Historia fusiùs descripta habetur scòiali in ipso Monasterio, vbi quomodo & à quo ad hanc Bibliothecam translatis sint accuratius recensetur.*

*Aeneæ Tactica I. 14. 21. cap. 43: ( fortè Aeneæ vt & Tactica Aelianæ edita à Casaubono cum Athenæo. ) Habentur hic vna cum Tacticis Leonis Imperatoris ac Basilij. videtur autem Auctoris esse recentioris ac sequioris æui, vt & ipse Leo; aut fortasse ex ipso Leone excerptum, aut potius adiectus titulus à Græculo quopiam, vti subdola hæc in parte est illa sequioris ætatis Græca natio quò plures codices Græcos miss. uendant, magna nomina in fronte substituunt, cum nihil intus sit rei: quod in plurimis alijs codicibus comperi, in quibus tituli splendide mendaces imponunt hominibus: vnde minimè fidendum Catalogis, nisi à rerum peritis Auctoribus atque oculatis testibus accurate confecti sint, qui scoriam ab auro norint distinguere, ac nò γνήσιον ab εἰσθητικῷ.*

*Æsculapii, seu potius ( vt in pluribus alijs codicibus reperi ) Aselepij Tralliani*



Tralliani, Philosophi Enarratio Isagoges Arithmetica Nicomachi. videntur autem hi commentarij eodem cum ijs, qui alias attribuuntur Anatholio, Theoni Smyrnaeo, Philopono, Proclo Laodicensi: sunt autem sub nomine Asclepij Tralliani & Procli Laodicensis Θ. v. 19.

sub nomine Theonis Smyrnaei vna cum Commentarijs illius in loca Mathematica Platonis, qui maximè de numeris Platonicijs, ac Harmonice agunt. K. III. 16. Δ. VII. II. pag. 279. H. v. 10. pag. 131.

Philoponi varijs deinde locis A. VI. 1. & c. K. I. 10. pag. 95. Δ. VII. 4.

Est in eadem Bibliotheca Philoponus in Astrolabium planum seu de vsu Astrolabij: Liber de Pulsibus: Commentarij in Elenchos Aristotelis: Commentarii in quatuor posteriores Physicae auscultationis.

Agalliani Melismata, quae plurimas cantiones pro musica practica continent, vna cum viginti aut etiam pluribus alijs tum melismatopœis tum rhythmapœis, inter quos ferè præcipuus Ioannes nescio quis, dictus Lampadarius. H. v. 6. pag. 100. Eiusdem est oratio de Deipara, vna cum alijs orationibus. Cantiones autem musicae ac rhythmici de Deipara, alijsque sanctis habentur in varijs codicibus, & maximè (si memini; omnia enim haec è memoria ac fragmentis quibusdam Schediorum mihi reliquis eruere necesse est, cum notae omnes & observationes meae mihi sint ablatae) pluteo Θ. in varijs codicibus, Θ. v. 6. & c. quae ex ipso Indice Scorialensi coram discere necesse est: fieri enim non potest, ut tot numeri tam variorum codicum mihi occurrant, chartarum mearum ac scriptorum subsidio destituto.

Agathemerii Orthoxa Hypotyposis Geographiae K. I. 3. p. 335.

Agathangelus contra Nicephorum Gregoram pro defensione Aristotelis H. v. 19.

Agathodamonis Chrysopœa cum plurimis alijs eiusdem farinae Chymicis Auctoribus, cum varijs titulis de lapide Philosophorum, de sole ac luna, de auri ac argenti confectione, de preparatione Metallorum, salis chymici, &c. Magnis omnes nominibus, sed plerisque uti reor, suppositiis, Democriti, Heraclii, Constantini, Platonis, Aristotelis, Pselli, &c. alijsque huiusmodi insigniti, idque in septem aut octo fere codicibus Θ. II. 3. A. I. 4. plerique ex his iidem videntur cum illis, quos sibi ante paucos annos magno aere comparauit serenissimus Bauariae Dux ac Elector Maximilianus: quorum bonam partem Latine reddidit iussu eiusdem Ducis P. Simon Vagnereck è soc. Iesu, de quibus ad me scribit in hac verba litteris Monachio datis: In hac pretiosissima & planè inaudita Chrysopœorum Bibliotheca continentur isti Au-

Yy



ctores: Πλάτων (metuo tamen ne sit subditiuum nomen) Λεωπλάτης (de quo itidem ambigo) Ερμῆς (quem genuinum esse non dubito) Ἰωάννης ἱεροῦς, Δημόκριτος, Ζώσιμος (quem Delrius noster valde commendat, & tantum Parisijs in Bibliotheca Regis mss. extare testatur) Μιχαὴλ ὁ ψελλὸς, μέγας Ολυμπιόδωρος, Στέφανος ὁ φιλόσοφος (Scriptor reuera ingeniosus) Σοφὰς ὁ ἐν Περσίδι, Συνέσιος (non puto esse illum Encomiasten caluitij) Διόσκορος ὁ ἱερεὺς τῶ μεγάλου Σεβαστείου τῶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὁ Οσάνης ἀπ' Αἰγύπτου, ἡ Μαρία (est Soror Moysi, hypobolimæum utique nomen) καὶ ἡ Χλεοπάτρα ἡ θυγὴ τῶ Πτολεμαίου βασιλέως, Πορφύριος, Επιδόκιμος, Πεδάκιος, Ἀγαθοδωµων Ηρακλείδης ὁ βασιλεὺς, Θεόφραστος, Ἀρχέλαος, Κλαυδιανός, Σέριος. Infunt omnibus istis mirissima quædam ac planè curiosa. Adiecta est copiosa clavis chymicorum apud Græcos signorum, Auctore Psello: adiectum quoque Λεξικίδιον Chymicum solidè Græcum anonyma manu. Stylus ut plurimum tersus, neque ullis ferè mixtobarbaris vocibus interpolatus: accedit amabilis quædam atque perpetua metaphorarum venustas. Hæc ille.

*Quæ omnia tametsi liberalius nonnihil hic deprædicari videantur, est tamen cur suspicer, eiusdem penè cum superioribus hæc omnia esse farinæ.*

Alypij Isagoge: Musica item Aristidis, Quintiliani, Ptolemæi adhuc ineditorum, & aliorum veterum in varijs codicibus. omnes hos eleganti caractere descriptos cum suis schematibus habet in Bibliotheca sua illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus D. Carolus de Montchal Archiepiscopus Tolosanus; quos pro suo in litteras ac bonas artes affectu cuius literato ad editionem liberalissimè offert, ut & reliquos omnes Bibliothecæ suæ codices ἀντιδότας; qui multi sunt ac insignes, indicabunturque à me copiosius in Catalogo mss. Græcorum ineditorum, Auctorumque in præcipuis Europæ Bibliothecis delitescantium, quos magna ex parte ipsemet oculis meis vidi, ubi otium suppetierit, concinnando edendoque in lucem.

*Auctores autem Musici veteres codice numero XXVIII. apud illustrissimum ac Reuerendissimum Archiepiscopum Tolosanum sunt:*

Aristidis Quintiliani Harmonicorum libri tres.

Manuelis Bryennii totidem:

Plutarchus de Musica.

Euclidis Introductio Harmonica:

Sectio Canonis harmonici edita à Ioanne Pena Parisiis cum Opticis Euclidis.

Aristoxeni elementa Musicæ edita sed Latinè tantum Venetiis interprete Francisco Patricio.

Ptolemæi Harmonica, edita Latinè ibidem ab eodem.



In Ptolemæi Harmonica Commentarius Porphyrij hætenus ineditus, quem penes me habeo descriptum ἀπο τοῦ χειρῶς ex Bibliotheca Augustissimi Imperatoris Viennæ.

Alypii & Bacchii senioris Ifagoge Musices impressa à Mersenno in Genesin & Alypius à Meurfio Lugd. Batauorum.

Nicomachi & Gaudentii Musica adhuc inedita: cum figuris & subinde additis scholiis: Codex dicitur scriptus ab Angelo Virginio Crerenfi anno 1537.

Ceterum hæc etiam omnia eleganti charactere & schematibus exarata memini me videre Romæ anno 1642. in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini; sed satis ægrè à Lucâ Holstenio, tum Bibliothecæ Prefecto communicata: uti & Tacticorum Mauricij Imperatoris libros 12. quod horum editionem, vnâ cum ceteris strategeticis Athenæi, Apollodori, Bitonis, &c. prope diem emittendam assereret à Claudio Salmasio: sed eorum hætenus nihil prodijt. sunt præterea in Bibliothecâ Archiepiscopi Tolosani Harmonice Georgii Pachymera & codice num. XLIV. cum plurimis alijs etiam Theonis; quæ si quis simul omnia nonnihil hinc inde explicata ederet in lucem, optimè sanè de republica litteraria ac Musica antiqua mereretur. sed arduo ac obscuro in loco scio versatum iri eum, qui hæc tentauerit, quamquam lucem aliquam asserre possint ea quæ apud Boethium in hoc genere sunt, ac Mersennum in harmonia vniuersali, item Iosephum Zaltinum, aliòsque.

Ioannis Glycei siue Dulcis, Lampadarii, Moschiani, & aliorum chironomia Musicæ artis.

Leonis Sapientis matutina Poëmata XI. cum notis. Psalmodia quæ vrbs Thessalonicensis & Ecclesiæ Catholicæ magnæ vtuntur, composita à domestico magistro Cucuma: libellus in charta annorum C. forma enchiridij.

Ioannis Glycæ Protopsalta Rhodi liber Musicus, siue opera ad notas musicæ artis accommodata.

Constantini Moschiani & Gerasini Monachi Poëmata diuersa Ecclesiastica cum notis Musicis: Stichologia & Cantica & Psalmodia variæ Ecclesiastica variorum cum tropariis, hirmis & exapostilariis, &c.

Agathonis, Anthemij Monachi, & Argyropuli poëmata Ecclesiastica cum notis Musicis barbaris ac recentioribus sequioris æui Græcorum, iamque obsoletis & ignotis. Cuiusmodi volumen etiam in Bibliotheca nostra Louanienfi est charactere recentiore, forma Enchiridij cum titulo: Ἀρχὴ αὐτῶ Θεῶ ἀγίων, τῶ μεγάλου Πατριάρχου Ποιήματα διάφορα ποιητῶν παλαιῶν τε καὶ νέων. Ἰάκωβος δὲ τὸ τοῦ δι-  
 χειρῶ, καὶ ἀρχεται ὁ δόμestikos τῶ διέξῳ χοροῦ. Sub initium est explicatio no-



*tarum Musicarum ac vocum, postmodum citantur Chrysostomus in Liturgia, Manuel Chrysaphe, Ioannes Lampadarius, Panaretus, Palladas, Georgius, Agathon, &c. in fine mutilus. Eiusdem farinae videntur quae habentur in scorialensi cum titulis Manuelis Lampadarii Chrysaphe de Psallendi arte, & ipsius & aliorum Poëmata Ecclesiastica ad notas Musicas accommodata.*

Abini Isagoge in Platonem.

Ammonij Astrolabium & de eius usu I. iv. 1. pag. 113.

Anastasij Antiocheni sermo de profectione Virginis in Nazareth ad recensionem Augusti, &c. *Alia quaedam ipsius Homiliae adhuc ineditae; è quibus prope diem prodibunt ea quae de Deipara sunt in Bibliotheca Mariana, quae nunc cuditur in Hispania; sed Latine tantum.*

Anatholii Mathematica quaedam fragmenta, maximè Arithmetica, vnà cum Nicomacho K. iii. 10. Δ. vii. ii. pag. 279.

Anatolii de dimensione marmorum ac lignorum: Idem vidi & legi in Bibliotheca Bauarica. Cetera illius Mathematica nihil ferè continent præter Isagogicas præfationes, de definitione, diuisione ac subiecto illius scientiae.

Anastasij Patriarchæ narratio actorum in Perside.

Ammonius Monachus de Patribus in Sina monte interfectis Z. iv. 6. pag. 110. B.

Apologiae variae de diuersis materiis.

Andronicus Peripateticus de passionibus animæ, de discendi cupiditate, de, virtute, de diuisione Θ. iv. 3. pag. 37.

Annæ Comnenæ Alexij filiae de rebus gestis Alexii patris sui libris tredecim Z. vii. 15. pag. 61 Θ. iii. 13. pag. 108. *Editi sunt à Dauide Hæschelio Augusta, sed cum multis lacunis, quae fortasse hinc suppleri possent.*

Anthemius de machinis paradoxis seu incredilibus E. i. 13. pag. 163. *sed merum fragmentum est, ac multis quidem in locis mutilum, vix vt aliquid inde sanum erui possit: videtur autem alicubi agere de ystione per specula, de incidentia radiorum in plana, &c. Idem codice K. i. 14. sed planè à præcedenti diuersus in materia: nihil enim aliud continet, quàm de inscribendo cubo, aliisque corporibus regularibus in sphaera, quae non differre videntur ab inscriptione corporum Euclidea. Idem est in Vaticana Romæ, sed non multo maioris videtur momenti.*

Antiochi Episcopi Ptolemaidos oratio in Natiuitatem Domini vnà cum aliis homilijs. E. i. 13. pag. 37. De illuminatione cæci nati.

Antipatri Bostrensis Episcopi Sermo in natiuitatem S. Ioannis Baptistæ, in eodem codice. pag. 292.

Athenæus



Athenæus de Machinis bellicis A. III. 1. K. IV. 12. habeo penes me descriptum.

Antonij Monachi Abbatis Asceticarum admonitionum cap. 160. A. IV. 8. pag. 304. A. IV. 13. forte eadem cum Melissa.

Apollodori Strategetica A. III. 12. habeo penes me. Idem in K. IV. 12. Z. VII. 16. In iisdem codicibus Bitonis, Heronis ac Africani seu Iulij Africani Cesti: ita enim opus suum inscribit à rerum, ut quidam volunt, varietate quas continet, deducta à Diones Cesti similitudine: nec male: nescio enim antea tantum boni operis illud contineat, quantum continet mali: præterquam enim quod sequioris ævi adeoque styli sit auctor ille, multa habet similia Tacticis Leonis, quedam etiam superstitiosa, ac verò ridicula: ut de curatione per *Abra cadabra*: quedam *Mu'omedica*, falsa plurima.

Apollonij Pergæi Conicarum sectionum libri quatuor cum schematibus & figuris accuratè delineatis: Qui habentur etiam in Bibliotheca serenissimi Ducis Bavariæ, hætenus græcè inediti. Horum uti & reliquorum trium qui desiderantur supplementum è versione Arabica nuper ex Oriente allata meditatur prope diem 1. Golius Lugduni Bataavorum, suo Marte & ingenio adornatos, suppletos ac restitutos sed Latine tantum, imprimit iam Antuerpiæ R. P. Claudius Richardi Mathematicum Mantue Carpetanorum Regius Professor, & amicus noster in paucis.

Basilij Philippenfis oratio in Præsentationem Beatæ Virginis B. III. XI. habeo penes me descriptam.

Basilij & Gregorij Dialogus de Natura animalium.

Barlaami Monachi Logistice. lib. 5.

Athanasius de Vita S. Syncreticæ multò copiosius, quàm sit edita cum titulo profligatissimo S. Theclæ: de qua multa hinc inde fragmenta ac minutias collegit L. Coccus; adeo ut bene magnum de hac historia volumen ausit promittere, uti & de vita S. Demetrii, de qua simili modo congestis hinc inde nescio quibus rhapsodiis Tomum grandem edere cogitat. Ceterum S. Syncreticæ vitam Latine reddidit Cosmas Fontetus, ac P. Lanselius à quo per R. P. Schottum nactus est suam quam nuper edidit R. P. Bollandus.

Bessarionis Epistolæ quædam ac sermones.

Callixti & Ignatii dogmatici sermones Z. II. 14. E. VI. 21.

Cosmæ Monachi Canones in Festa & Deiparam, unà cum aliorum rhythmis ac melisistatis H. 1. 10. H. v. 18.

Critobuli homilia de passione Domini E. VI. 15.

Callisthenes de rebus gestis Alexandri Magni Z. VII. 4. O. VI. 30. sed uterque *Καλλισθένης*; stylus quippe recentior ac subinde barbarus adeo ut neotericus nescio qui: Græculus potius videatur, quàm antiquus ille scriptor.

Chilonis Capita practica moralia centum quadraginta Z. v. 2.



Comanús Philosophus de Arte Chymica vnà cum ceteris cini-  
flonibus ac decoctoribus olei atque operæ.

Georgii Chrysococca Astronomica Persica.

Christoduli Monachi sermones contra Iudæos nouem Δ. III. 5.

S. Cyrillus Alexandrinus in Prophetas maiores Danielelem,  
Ezechielem & Ieremiam: Quæ sola in operibus eius nuper Parisijs ex-  
cussis septem Tomis desiderantur. Ex ijs descripsit commentarium in Ieremiam  
P. Baltazar Corderius, quem hic habes, daturus cum eo reliquos in lucem si  
per PP. Hieronymianos licuisset. Sunt autem hæc in codice B. II. 1. vna cum  
Isaia Tomo satis crasso, sed folio minori littera rotunda aut semiquadrata,  
adeoque satis antiqua; ac eam ob rem paulatim in membrana deficiente  
atramento ita fugiens, vt multis in locis non nisi adhibito vitro conuexo le-  
gi potuerit; breuique metuendum sit, fore vt nihil amplius vlllo modo legi pos-  
sit, ac planè pereat.

Constantini Manassis de venatione spinulorum. H. III. 7. pag.  
294. sed caractere adeò minuto, intricato, & præ temporis vetustate ac  
humore, quo permaduisse videtur, ita fugiente, vt non nisi grauissimo cum  
labore ac oculorum periculo perlegi possit: ac talis est totus ille codex H. III.  
7. qui nihil nisi ineditum continet. Pleraque autem sunt, Orationes En-  
comiasticæ aut similes, hominum sequioris ætatis, vt Eustathii, Nicolai,  
Michaëlis Saccularii, &c. Eodem in codice est Nicephori Regis en-  
comium canis.

Pfelli Encomium Tonforis pag. 518. lin. 6. Pediculi pag. 519.  
Pulicis pag. 521.

Ibidem Eustathij Thessalonicensis Archiepiscopi Oratio ad eos  
qui in templo erant sancti Myroblyta, id est Demetrii, in prin-  
cipio indictionis anno mundi 6702. aliæque plurimæ, eiusdem & alio-  
rum quinquaginta ferè auctorum: sed eiusdem panè omnes ata-  
tis ac farina, id est Græciæ deficientis miseræ reliquiæ, quorum no-  
mina, vt pote barbara mihi non omnia occurrunt, nec verò ope-  
ra pretium est nosse aut apponere.

Eusebius Cæsariensis in Isaiam E. II. 14. De triduo sepultura  
Domini Γ. 14. 118. Γ. II. 4. Γ. II. 7. Eclogæ quædam in Prophe-  
tas minores. E. V. 1. pag. 24. B.

Ioannis Cantacufeni Imperatoris CP. contra Saracenorum se-  
ctam pro Christiana religione Apologia tres. Eiusdem oratio-  
nes contra Mahometh.

Georgii Diaconi Metochitæ de Processione spiritus sancti libri  
quinque.

Demetrii Cydonii (sive alterius) Chronographiæ Sacræ com-  
pendium & genealogia Christi seruatoris nostri, ab Adam vsque



ad eius Ascensionem arbore successionum expressa. *Liber recens in charta, forma grandioris folij.*

Georgii Monachi Syngeli Chronographia Epitome à C. Iulio Cæsare ad Diocletianum.

Theophanis Monachi Chronographia à Diocletiano ad Michaëlem & Theophylactum eius Filium. *Liber in charta recenti forma folij.*

Incerti historia brevis ab Orbe condito, ad tempora vsque Leonis Isauri.

Marcellini vel Hippolyti, siue potius incerti, Epitome temporum ab Orbe condito vsque ad annum vicesimum Heraclii Imperatoris cum Consulatus & Indictionibus & aliis cognitione dignis.

Scholarii Patriarchæ interpretatio literarum quarundam in sepulchro Constantini Magni repertarum.

Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani carmina.

Oratio de obedientia Constantini Magni ad Pont. Rom. *in charta recentibus literis in quarto.*

Michaëlis Glycæ Questionum sanctæ Scripturæ ex diuersis Auctoribus collectio.

Pfelli expositio de Fide, & de eadem re Sophronius, Cyrillus & Anastasius Patriarcha Antiochenus.

D. Gregorii Nazianzeni Metaphrasis in Ecclesiastem. *Liber in membranis annorum DC. forma quadrata.*

Cæsarij B. Gregorii Nazianzeni fratris germani responsa ad quæstiones varias locorum sacre Scripturæ à Constantio, Theocharisto, Andrea, Gregorio, Domno & Isidoro ipsi propositas quo tempore à secretis erat & Constantinopoli commoratus fuit annos 20.

Marci Metropolitæ Ephesi Epistola inscripta Orthodoxis Christianis vbique terrarum existentibus & in eam Apologia Gregorii Magni protosyngeli ex diuersis sanctorum Patrum scriptis.

Ioannis Dociani Epistola.

Sophronij Archiepiscopi Hierosolymitani oratio in sanctum Baptismum seruatoris nostri.

Incerti narratio sanctæ & magnæ Ecclesiæ siue Templi Constantinopolitani sanctæ Sophiæ.

Ioannis Minimi varia capita ad Logicam pertinentia Cosmæ Episcopo Maiumæ inscripta.

Pfelli Epistola 22. *In eodem codice.*



Epistolæ Gregorii Rhetoris Antiocheni 7. Theodori Merochi-  
tæ CXLV.

Apanthismata virtutum siue Florilegia aut selecta ex iisdem,  
continens xxxvi. capita collecta ex Auctoribus Sacris & profa-  
nis Græcis & Latinis tam Philosophis quàm Poëtis & aliis.

Incerti variæ Epistolæ lascivæ lingua recenti Græcorum. *In char-  
ta in quarto.*

Nicephori Monachi & Presbyteri Blemmidis Psalterii Dau-  
dis interpretatio & Canticorum tam veteris quàm Noui Testa-  
menti.

*Eiusdem* Introductionis ad Logicam capita xl.

Zenodoti Philetæri de differentia vocum animalium.

Nicephori Blemmidæ Epitome Philosophiæ.

*Eiusdem* Compendium Geographiæ.

Nicephori Ponti Heracleensis interpretatio & opinio erudita  
demonstrationis de Disciplina Astronomiæ.

Eustathii Thessalonicensis Archiepiscopi Oratio ad Michaë-  
lem Stathmitem Saccularium & Chartophylacem, quod sæpe cum  
melodiis celebrare debeant memoriam martyris S. Demetrii. Z  
II. 9. pag. 17.

Oratio in principio Quadragesimæ. *Ibid.* In fataliter faciles ad  
ineundam amicitiam, & in conseruanda mutabiles. Ad amicum  
qui eum tacite taxarat, &c. *Argumentum futile.*

Oratio de lectura principii hymni illius apud Græcos *μυστικὸν  
ἔργον*, &c. De simplicitate, pace, moderatione & vsu diuitiarum  
Ecclesiasticarum, & aliarum quarumcumque & contra odium ir-  
rationabile. De dilectione & anamnyi recentis tunc confusionis.  
Epitome eorum quæ ad Archipræsulis dignitatem spectant.

Damascius Philosophus. Dubitationes & solutiones de primis  
principiis. In Parmenidem Platonis.

Demetrius Cydonius de Filij deitate & processione Spiritus  
sancti.

*Eiusdem* Orationes & Epistolæ. E. vi. 5. In Demetrium Marty-  
rem. Gratiarum actio ad B. Virginem.

Demetrius Cizicus contra Iacobitas.

Demetrius Cydonius de Processione Spiritus sancti contra Ca-  
basilam.

Demetrii Chrysoloræ Homiliæ. E. III. II. De transfiguratione  
Christi. De sepultura. De resurrectione. De annuntiatione *abs-  
que principio.* In dormitionem Deiparæ. *sed ferè in omnibus eadem  
cum longa illa oratione in eandem Ioannis Geometra, quam prælo iam pri-  
deu*



*dem paratam cum sua interpretatione habet R. P. Corderius. In natiuitatem Domini.*

Eucharistion Deiparæ proseruata Constantinopoli. In magnum Martyrem Demetrium.

Encomium pulicis. Tria hæc vltima alio ac recentiore sunt caractere; quare dubium, an Demetrii an alterius sint, cum in titulis nullibi expressum sit illius nomen, sed tantum *πρὸς αὐτὸν*; quamuis stylus non multum ab illius dictione absit.

Demetrii Triclinij de Phasibus Lunæ ac maculis. A. II. 7. *Habeo penes me. in eodem codice.*

Manuel Moschopulus de inuentione numerorum quadratorum.

Maximi Planudis Arithmetica Indica.

Isaaci Argyri Geodetica.

Nicolai Artabardi de numeris quædam.

Democriti Physica & Mystica Chrysopœa vnâ cum plurimis alijs huiusmodi substantiæ decoctoribus B. VI. 8. K. I. 15.

Dionysij Alexandrini Epistolæ & alia plura A. IV. 16.

Eusebii Alexandrini Orationes H. III. 5. pag. 113.

Georgij Cypri Epistolæ 597. Z. VI. 10.

Georgii Nicomedie Archiepiscopi Oratio de Præsentatione Deiparæ H. VI. 22. *Habeo penes me.*

*Quæ ad opera S. Ioannis Chrysostomi pertinent, alio ac singulari indigent catalogo, quem dabo cum Paralipomenis illius Latine redditus.*

Encomium Chrysostomi à Ioanne Damasceno scriptum E. VII. 13.

Lexicon, seu explicatio vocum quibus Chrysostomus signanter vsus est.

*Commentarij illius in Ieremiam & Isaiam vix lectu, ne dum tanto auctore digni, quos descripsimus. Alia quædam sunt in Psalmos non contemnenda, quæ etiam in editione Anglicana desiderantur: sed de his fusiùs & accuratiùs agam in Paralipomenis Chrysostomi breuè edendis in lucem.*

Photij Patriarchæ Epistolæ 59. *Plerasque ex ijs etiam apud se habet Laurentius Coccus collectas.*

Eiusdem Homiliæ XI. XI. A. V. I. In Parasceuen. De Ascensione, *ἐκ τῆς ἐφ' ἡμέρας τῆς φώτων*. De Annunciatione. In Parasceuen. In Baïa & Lazarum. In Natiuitatem Deiparæ. De detectione imaginis eiusdem. De templo. De hæresi.

Nicolai Blemmidæ, Pselli opera omnia Rhetorica, Poëtica, Philosophica, Medica, Chymica, Mathematica.

Aaa



Theodori Studitæ nihil est ineditum quod non P. sirmondus, qui nouam eius editionem molitur, præter Cathecheses maiores 27. ac Orationem vnā ἐκ τῶ ἐθλιν τῆς θεότης, quam à me descriptam ac Latine redditam illi mittam.

Ἰπιδείσεις τῆς κατηχίσεων τῶ πρώτου βιβλίου.

- α. Περὶ τῆς παιδείας πατρῴιας καὶ τῆς εὐχαρίστως ὑποφέρειν τῶν νόσων.
- β. περὶ τῆς μερίμνης τῆς κατὰ δέχου, κατὰ δὲ καὶ καὶ νοσοκομῶν.
- γ. περὶ τῆς διακονίαν.
- δ. περὶ τῆς αἰφύτου ἐξαγγελίας, &c.
- ε. περὶ τῆς χαρίσεως τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῆς σώματος.
- ς. περὶ τῆς ἀγάπης καὶ σπουδῆς ἐν ψαλμωδίας.
- ζ. περὶ τῆς ἐν κοινοβίῳ ζώντων.
- η. περὶ τῆς ταπεινώσεως.
- θ. περὶ τῆς υποδοσεως μεγάλων ἀγαθῶν ἀπὸ μικρῶν ἀφίεντων.
- ι. περὶ τῆς ἐν κοινοβίῳ σκαμματος.
- ια. περὶ τῆς εὐσυνων.
- ιβ. περὶ τῶν κατὰ καὶ γὰρ φιλιῶν.
- ιγ. περὶ τῆς εὐπορίας.
- ιδ. περὶ τῆς καὶ τῶν ἀγαθῶν ἐπιτεύξεως.
- ιε. περὶ τῆς μὴ μεγαλύνειν ἄλλον βίον ἀπὸ τῶν κοινοβιακῶν.
- ισ. τῆς παναλῆξε πατρῴιας.
- ιζ. περὶ τῶν πανεργῶν τῶν δαμνῶν.
- ιη. περὶ τῶν ζωποιοῶν παθημάτων χρίσιν.
- ιθ. περὶ τῆς ὀλίγῃ οἴκῳ χρῆσθαι, καὶ τῆς δέχου τῆς πᾶσι, καὶ τῶν κυλλοῦς καὶ ἀναπάνει.
- κ. περὶ μὴ λαμβάνειν βρώματα ἀνεν εὐλογίας.
- κί. περὶ ἐργάζου τὰ ἔργα τῆς μοῆς ὡς τοῦ κυρίου.
- κβ. περὶ τῆς πεινῶν τὸ πῶς δεῖ ἀνίστασθαι.
- κγ. περὶ εὐχερῶς ὑποφέρειν ἐναντία.
- κδ. περὶ τοῦ λυπεῖσθαι, &c.
- κε. περὶ τῆς θλίψεως.
- κς. περὶ τοῦ ἀγαπᾶν ἑαυτὸν εἶναι, &c.
- κζ. περὶ τοῦ ὑποφέρειν κατὰ νότον.
- κη. περὶ τῆς εἰρήνης.
- κθ. περὶ τοῦ βίου ὁδοῦ.

Leontij Presbyteri Orationes in Iob, Lucam, Pentecostem, &c.  
Gennadij Scholarii orationes & de primo Dei cultu.  
Procopius in Genesim.



- Maximi Planudis Epistolæ & Orationes.  
 Philothei Patriarchæ sermones in Euangelia.  
 Pantaleontis de eodem argumento, sed videntur iidem.  
 Theon Smyrnæus in loca Mathematica Platonis.  
 Nicetæ Studitæ Orationes.  
 Apfinis Rhetorica. Iosephi Rhacendytæ opera Rhetorica,  
 Poëtica, Philosophica, Mathematica. *sunt & eius Rhetorica in Bi-*  
*bliotheca Collegij nostri Agennensis in Gallia.*  
 Hippocratis quadraturæ circuli refutatio.  
 Ioannis Xiphilini sermones in Euangelia. Z. 1. 1. 3.  
 Hermiæ Medici Mathematica & in Phadrum Platonis. K. iii.  
 16. Δ. VII. 7. Θ. III. 7.

Hesychij Presbyteri orationes.  
 Hipparchus Philosophus A. II. 8.  
 Ioannis Monachi Eubæ oratio in Innocentes. H. III. 8.  
 Nicephori Gregoræ libri 29. ex quibus 11. tantum excusi.  
 Theodori Metochitæ varia & plurima.  
 Michaëlis Choniatæ Orationes. H. III. 7.  
 Marcianoratio in Præsentationem Deiparæ H. III. 8.  
 Theodori Lascaris varia Θ. v. 2.  
 Theodorus Ducas. *ibidem.*  
 Barnabas Monachus de incarnatione.  
 Theophylacti Simocattæ Dialogus de variis dubiis Physicis.  
*Atque hic brevis est syllabus Auctorum mihi repertorum, quem & ple-*  
*niorem & accuratiorem dedissem, ni labores meos sibi detinuisset is, cui a-*  
*mice concesseram.*

Hactenus R. P. Alexander Baruoëtius Soc. nostræ, cuius  
 Nomenclatorem hunc Scoriacensem, nostratibus Gallis penè  
 omnibus, ipsis etiam Bibliopolis insignioribus, hactenus incogni-  
 tum, visum est è re litteraria cum aliis eiusdem argumenti opus-  
 culis *ὑποχρησὶς* descriptum, ex tenebris atque obscura caligine edu-  
 ctum in omniū manus oculosque emittere, ut Eruditi Lectores ac  
 Librariæ Antiquitatis curiosi eum per otium committere possint  
 cum iis, quæ de Scoriacensi Regia illa Bibliotheca ante quinquaginta  
 circiter annos publici iuris fecit R. P. Antonius Posseui-  
 nus ad calcem Apparatus sacri. Equidem memini legisse me pa-  
 gina 548. in Addendis ad Gerardi Ioannis Vossii V. C. de Histori-  
 cis Græcis libros quatuor secundæ editionis anno superiori Lug-  
 duni Batauorum vulgatæ verba hæc: *utinam vero non ulterius eruditi*  
*Hispaniæ viri inuideant Reip. litterariæ ipsam Iamblichi Historiam Baby-*



lonicam, quam dicebam extare in scoriaca siue S. Laurentij Bibliotheca. Ita enim didici ex edito eius Bibliothecæ indice, concinnato à Martino Abbate Lafarina, Philippo IV. Hispaniarum Regi à sacris Domesticis ac consilijs. Verum quis sit ille Lafarina Abbas, an diuersus ab Abbate de Farina Siculo, quem REGI CATHOLICO ab oratorio fuisse comperi, & ubi Catalogum illum suum ediderit, quæue formâ, quouë successu (licet à multis hætenus quæsiuerim) fateor me iuxta cum ignarissimis ignorare. Si quando in manus meas venerit, & in eo plura deprehenderim, quam in nostro hoc Baruoëltiano Syllabo, Lectoribus in alterâ editione significare non grauabor.







SPECIMINIS  
ANTIQUARVM LECTIONVM  
LATINARVM ET GRÆCARVM  
SUPPLEMENTVM QVARTVM.  
EX CATALOGO MSS. LIBB.

Illustrissimi & Reuerendissimi Domini D. CAROLI DE MONT-  
CHAL ARCHIEPISCOPI TOLOSANI.

*Catalogum illum integrum propria manu descriptum com-  
modauit R. P. Ludouicus Iacob à S. Carolo, Cabilonensis, Or-  
dinis B. Mariae de Carmelo, ex quo Excerpta quadam delibauit,  
eorum præsertim Auctorum, qui nondum lucem viderunt. In  
ijs vero non seriem Alphabeticam, sed codicum ordinem sequar,  
nec codicum formam maiorem, minoremve, aut chartam mem-  
branâsque annotabo, cum id sit longioris operæ. Initium autem  
ac finem saltem in quibusdam adscribam.*



N C O D. Primo, 1. Tabulæ Paschales Hippolyti Episco-  
pi Portuensis Græcè & Latine, cum vita eiusdem Hip-  
polyti ex libro sancti Hieronymi de Scriptoribus Ec-  
clesiasticis Græcè. 2. Commentarius Italicus recenti  
manu in easdem tabulas. 3. S. Gregorij Nysseni liber  
de vita Sanctæ Macrinæ Græcè sine principio descriptus ex co-  
dice Bibliothecæ Cryptoferratenfis. 4. Hypsiclis Anaphoricus cum  
Scholijs & figuris. 5. Ptolemæi Magna constructio cum Prolego-

B b b



menis & quibusdam ad marginem Scholijs. 6. Κλαυδίου Πτολεμαίου ὑποθέσεις τῶν πλανημένων liber pulcherrimè descriptus. Inc. τὰς ὑποθέσεις, desinit, ἰσοταχῶς.

COD. IV. In quo desunt à principio folia octo, continet sermones & orationes Ioannis de Cardalhaco Archiepiscopi Braccarensis, deinde Tolosani, qui vixit tempore Urbani Papæ, & fuerat Doctor Regens Tolosæ.

COD. V. Galeni volumen magnum Græcè elegantissima manu satis antiqua in membranis mundissimis scriptum.

COD. VII. Ieremiæ Patriarchæ C. P. Διδασκαλία του θετικῆς Admonitio ad Germanos, cum eiusdem epistola ad Iacobum Theologix Professorem & Martinum Crusium, Græcè scripta.

COD. IX. 1. Ioannis Zonaræ expositio in Canones Synodorum. 2. Epistolæ Canonica Græcorum cum expositione Zonaræ. 3. Manuelis Comneni Imp. nouella de Homicidiis voluntariis. 4. Alia nouella quæ agit de forma iudiciorum, actione causarum, diebus feriatis, & subiungitur Catalogus Feriarum. 5. Alia Nouella de Melchisedecitis, Theodotianis & Atinganis, de professione fidei eorum & Saracenorum, antequàm ad Baptismum admittantur. 6. Epistolæ quædam Theodori Studitæ. 7. Expositio vnionis Ecclesiasticæ factæ sub Constantino & Romano. 8. Anonymi opusculum de azymis. Inc. τὰ ἄζυμα. Desinit ἀπέδειξεν. 9. Interpretatio quarundam vocum. 10. Interrogatio, quorundam Monachorum ad Patriarcham Nicolaum. Inc. ἀπὸ τοῦ καὶ ἡμῶν. Desinit, πολιτείας αὐτῆς. 11. Ioannis Ieiunatoris Sermo πρὸς τὸ μὴλλοντα ἔα-  
ροῦνται τὸ πνευματικὸν πατέρα, siue Oratio ad Pœnitentes, cui subiungitur formula precum & absolutionis. 12. Acta synodica mense Maio, Indictione tertia, præsidente Patriarcha Leone. 13. σημάδιον ἐπὶ τοῦ θαλάσσης, Synodica quatuor sub Michaële & alia. 14. σημάδιον τὸ τοῦ θαλάσσης τῆς γενομένης Π. Κ. Κοσμά, Inc. μὴ δὲ φεβρα-  
ρίῳ. Def. Γεωργίου Κωνσταντίνου ἱερέως ὑπὲρ γενομένης. 15. Excerpta quædam ex Nouella Iustiniani de Episcopis. 16. Sisinnij P. CP. πρὸς τὸν κηρω-  
μένον καὶ πεπερασμένον καὶ πρὸς ἀκριβὲς συγγενείας βαλμῶν. 17. πρὸς τὴν ψύ-  
ξιν τῶν πασχόντων. 18. Expositio Officiorum Magnæ Ecclesiæ & alia eiusdemmodi.

COD. XI. 1. Pediasimi Principis Philosophorum expositiones particulares in quædam loca Cleomedis. 2. Scholia antiqua incerti auctoris ad Cleomedem. 3. Alia item scholia ex codicibus Bibliotheca Vaticana descripta.

COD. XII. 1. Diophanti Alexandrini Arithmetices libri sex cum scholijs Maximi Planudis in duos tantum libros. 2. Eius-



dem de numeris Polygonis omnia cum Vaticanis codicibus diligentissimè collata & Latinè versa à Iosepho Aurià. 3. Heronis Alexandrin *ἑρὶ ἀυτομάτων*, de his quæ per se & sponte faciunt, Latinè tantum ex versione eiusdem Iosephi Aurià.

COD. XIII. Damascii Philosophi Dubitationes & solutiones de primis principijs. Præmittitur eius vita ex Suida & Index *ἑρὶ ἀυτομάτων*. Deest aliquid in fine.

COD. XIV. Pappi Alexandrini *συναγωγὰν γ'*. continet Problemata Geometrica.

COD. XVI. Theonis Smyrnæi *τῶν εἰς τὸ μαθηματικὸν χρῆσίων* de cali & terræ figura ex astrorum motu. Incipit *ὅτι πᾶς ὁ κόσμος* Def. *τὰ ἐλάττω καί μινος*.

COD. XIX. & XX. Heronis Alexandrini *πνευματικῶν* liber primus cum versione Iosephi Aurià. Item liber secundus.

COD. XXI. Theonis Smyrnæi Platonici de ijs quæ ex Mathematicis utilia sunt ad lectionem Platonis.

COD. XXII. Heronis Alex. *ἑισαγωγὰ ἢ γεωμετρικὴς καὶ ἡ στροματρισμένων*, cum Didymi Alex. de marmoribus & lignis omnis generis.

COD. XXIII. Heronis Alex. *περὶ γεωμετρισμένων*.

COD. XXV. 1. Athenæi de machinis cum figuris eleganti manu. 2. Bitonis instrumenta bellica. 3. Heronis Basilica. 4. Eiusdem *βαλοπειρική*. 5. Ex Apollodori Polyoreeticis. 6. Heronis *γεγονιτὸν ἐις ἑλὶον* elegantissima manu descriptum ex codice Vaticano, à Ioanne à sancta Maria oriundo ex Metropoli Cypri Leucofia. 7. Eiusdem *ἑισαγωγὰ ἡ γεωμετρισμένων*. 8. eadem manu Heronis metrica. 9. Heronis *ἑρὶ μέτρων*. 10. Eadem manu Euclidis *ἐυθμετρική*. 11. recentiore manu liber de numeris sine principio & fine. 12. Georgij Pachymeræ, ut colligitur ex fine, Arithmetica capp. 13. Eiusdem Harmonice.

COD. XXVI. Ioannis Chrysostomi aliquot Homiliae in Psalmos.

COD. XXVIII. 1. Aristidis Quintiliani de Musica libri tres. 2. Manuelis Bryenij Harmonicorum libri tres. 3. Plutarchus de Musica. 4. Euclidis introductio Musica. 5. Euclidis *κατασκευὴ καὶ νόμος*. 6. Aristoxeni Harmonices elementorum libri tres. 7. Alypii introductio Musica. 8. Gaudentij Philosophi introductio Harmonica. 9. Nicomachi Geraseni Pythagorici Enchiridion Harmonices in tres libros diuisum, præmisso indice. 10. Claudii Ptolemæi Harmonicorum libri tres. 11. Commentarius Porphyrii in harmonica Ptolemæi. Omnia cum figuris merè Græca &



subinde additis scholiis, dicitur liber hic scriptus ab Angelo Vergetio Cretenfi anno 1537. decima sexta die mensis Aprilis & subnectuntur variae lectiones; sed pauca.

COD. XXIX. Aeliani variae Historiae libri xiv. & de Proprietatibus animalium libri xvii. cum Excerptis Heraclidis de rebus publicis.

COD. XXXII. Numeris 24. distinguitur: ex iis pauca delibabo 2. Philippi Syropuli aliquot Epistolae ad Imperatorem & Imperatricem non nominatos. 7. Sermo Sisinnii Arch. CP. de Miraculo S. Michaelis in Chonis Inc. *Δαυμάσα τοῦ ἔργου σε κτίει* 8. Leonis Imp. oratio in S. Nicolaum Grace ac Latine edita, ex versione R. P. Petri Fossini Soc. Iesu Theologi. 22. S. Ioannis Damasceni encomium in S. Chrysostomum 23. Constantini Imp. filij Leonis encomium in eundem, &c.

COD. XXXIV. Mitralis, forte Michaelis, Sichardi Episcopi Cremonensis libri novem de officiis Ecclesiasticis. Inc. Diuitem prudentem. Des. apparuerit gloria Domini.

COD. XXXV. Georgii Syncelli Chronicon; item Ioannis Monachi Sinaitae Historia Barlaam & Iosaphat, quae vulgò tribuitur S. Ioanni Damasceno. Titulus est *ἱστορία συγχωρίτης ἐν τῇ ἐκδοτέρᾳ τῶν Αἰθιοπῶν γλώσσῃ τῆς Ἰνδῶν λεγομένης περὶ τὴν ἀγίαν πολιτείαν μετετεχθῆσαν διὰ Ἰωάννου μοναχοῦ ἀνδρός πρώτου καὶ θαυμάσιου τοῦ ἀγίου Σινῆ*. Prooemium incipit, *ὁ σοὶ πνεύματι* liber inc. *Ἡ τῶν Ἰνδῶν λεγομένη γλώσσα*.

COD. XL I. 1. Chronica F. Marrini Pœnitentiarii Domini nostri Papæ & Capellani. 2. Chronica F. Bernardi Guidonis Ord. Prædicatorum. Inc. Romanorum Pontificum. Des. Fundatio & origo. 3. Chronicum antiquum Vticense seu Vzatense ex archiuis Sancti Theodorigi Vzatenfis, ad marginem Superiorum Chronicorum descriptum. 4. libellus de locis sanctis. Incipit, Miletus seruus Christi. Deest finis; sed desinit: & lætitia magna in Antiochia per quinque menses & octo dies.

COD. XLII. Ptolemæi Geographia. In seq. cum Comm. Eustachii in Iliadem sine ac principio mutilis commentariolus de Astrolabio.

COD. XLIV. Alypii Isagoge Musica. 2. Gaudentii Philosophi Isagoge Harmonica. 3. Anonymi opus de Musica. 4. Bacchij senioris Isagoge artis Musicae. 5. Euclidis Introductio Harmonica. 6. Euclidis sectio canonis. 7. Theonis Platonici *ἐγκυκλιῶν* καὶ *σύνολης* τῆς ὁλῆς μουσικῆς. 8. Aristoxeni harmonicorum elementorum libri tres. 9. Nicomachi Geraseni Pythagorici Enchiridium Musicum in duos libros diuisum. 10. Aristidis Quintiliani de Musica



sica libri tres. 11. Manuelis Bryennii harmonicorum libri duo.  
 COD. XLVI. Papyraceus varia manu. 2. Chronicum seu fragm.  
 Chronici: Incipit *πύτῃ τῇ ἔτῃ* Def. de Licinio *κατὰ τὴν ἐνεργίαν μι-*  
*λῶντα* cum genealogia Constantini Magni. 3. Epitaphium Card.  
 Alexandri Farnesii, Cortesii. 4. litera siue arrestum Vice-Regis  
 Neapolis 1585. die 26. Augusti de Equitibus Crucis S. Geor-  
 gii. 8. Synaxarium ex enchiridio 52. D. Thomæ Aquinatis Græcè.  
 9. Donatio Græca Constantini Demetropuli cognominati Ebraei  
 sub Imp. Michaële Cabace. 10. Decem præcepta Græcè & Latine  
 & officium B. Mariæ. 11. Ceramei seu Cerameta, cur Christus  
 post Resurrectionem ederet ex particula piscis assi & mel. Inc.  
*μὴ παρ' οὐδὲν ἡμῶν ἢ προσία* Def. *μέλι & τὸ κυρίον βρῦμα τῷ κυρίῳ ἡρώ-*  
*μηναι*. 14. Allegoriæ Biblicæ de elephante, pelicano, nycticorace,  
 aquila, testudine, perdice & monocerote. 15. Genealogia B. Mariæ.  
 16. Voces ex Batrachomyomachia. 17. Michaëlis Apostolij versus  
 politici in laudem Batrachomyomachia Homericæ. 18. Monosti-  
 cha sententiæ Græcè & Italicè. 19. Fabula hirci & vitis quatuor  
 Senariis. 20. Epitaphia & inscriptiones Græcè. 21. de Billextio,  
 Indictione, &c. 22. Anonymi *λόγος παρακλήσεως εἰς κοιμώμενους*. 23.  
*λόγος παρακλητικὸς εἰς κοιμώμενους*: ad marginem rubrica *ἀββὰ μιχαὴλ*  
*οἶμαι*. 24. Ioannis Damasceni *ἐξήγησις* de statu mortuorum versibus  
 Politicis. Inc. *ἄρξω λαλῶν* Def. *τὴν χαίρειν μετὰ χαίροντων τὸ συμπε- δεῖν*  
*πυθῶν*. 25. Oratio εἰς τὰ βάρη Inc. *ἐγὼ δὲ ὥστε ἐλαία* Def. *ὅτι ὑμεῖς οἱ*  
*χριστιανοὶ σήμερον ἐκτὸς ἡμῶν* agit de septem donis palma & oleæ: ad  
 marginem *ἀββὰ Ἀγγέλου τῷ Καλαβρῷ φοιτητῷ Κωνσταντίνῳ Λασκάρει τῷ Βυ-*  
*ζαντινῷ*. 26. de nominibus Dominica dici. 27. de Antichristo & qua-  
 stioncula ænigmatica. 28. Epitaphium Annæ Sinopitæ uxoris.  
 29. Anonymi Profodia Græca. 30. Voces ex carminibus Pytha-  
 goræ & Phocylidis. 31. Epitaphium Cardinalis Sirleti Græcè. 35.  
 Gabriëlis Archiepiscopi Achridæ Epistola anno 1585. scripta. 36.  
 Damasceni oratio de resurrectione mortuorum Græcè & Latine.  
 Incipit *ποτίνου δὲ* Def. *ἐνφροσύνην καρπύμενοι*. 46. Officium *λυχνικόν*.  
 47. Orationes pro puerperis & ritus offerendi recens natos in Ec-  
 clesia. 48. Simeonis Hieromonachi Ecclesiæ S. Michaëlis seu  
 Contostephani in Monembasia Emphytheosis terræ anno  
 1326. 49. Isidori Episcopi *Αλατρινέων* Epig. Græc. in Cardinalem  
 Æmilium Camilli Peruscum & Hippolytum Barulam Camilli  
 Perusci epistola Græcè ad Emanuele Probatores. 50. Index  
 Epistolarū circa causam Arrii & Athanasii. 51. Hippolyti Episcopi  
 Romæ in Sufannam. 52. Index codicum Græcorum Card. Iustinia-  
 ni. 54. Epistola Græca ad Ioannem centum. 55. Indiculus libro



rum Græcorum. 56. Italicus Tractatus anno 1595. de Episcopis Ruthenis Romæ existentibus & obedientiam Papæ præstantibus. 58. Priuilegium Græcum Gerasini Prepositi Monasterio SS. Petri & Pauli 59. Nicolai Ferrigæ epistola à Gregorio XIII. Græcè. 61. Catalogus Bibliothecæ Monasterii Insulæ Patmi. 62. Procli CP. Sermo in Theophania. 63. Variæ Lectiones in Cleomedis meteora. 64. Variæ Lectiones ex Ethicis Aristotelis. 66. Collatio libelli Michaëlis Pselli de Astronomia cum mss. Vaticano.

COD. XLVII. Anonymi paraphrasis Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum, Incipit *Εν πάση τέχνη* Def. λέγουμεν ὅτι ἀρετὰ ἀνθρώπου.

COD. XLVIII. Patrisciani (legendum haud dubie Prisciani) Philosophi Lydi metaphrasis Theophrasti *πρὸς ἀιδήσων*. Inc. *πρὸς ἀιδήσων* Def. τὰ κοινὰ τῶν πέμπτη βιβλίου ἐπεξεργασθέντες. Eiusdem Patrisciani Lydi metaphrasis in librum Theophrasti *πρὸς φαντασίας*. Inc. ἡ φαντασία *πρὸς ἡς* Def. εἰ δὲ τὸ ὅτι γέννηται deest finis. Excusa est utraque metaphrasis Græcè cum Theophrasti operibus in folio Basileæ apud Ioannem Oporinum anno 1541.

COD. I. Origenis Adamantii dialogus de Orthodoxa fide ad Megethium, Marcum, Droserium, Valentem & Marium Hæreticos. Inc. *ἐκείνου μὲν ἰδίας ἀιρέσεις* Def. *συν' ἡμῖν καὶ ἡρώδης θεῶν μαθημάτων μίσηται*. Sequuntur Maximi Tyrij Sophistæ oratio quis sit Deus secundum Platonem, Zachariæ Scholastici deinde Episcopi Mitylenæi Ammonius seu dialogus, quod mundus non sit coæternus Deo, & Aneæ Sophistæ dialogus Theophrastus de anima & resurrectione. Accedunt Preces dictæ tēpore diuinæ cōmunionis.

COD. LI. 1. Autolyçi de Sphæra mobili. 2. Eiusdem de ortu & occasu. 3. Theodori de habitationibus. 4. Eiusdem de diebus & noctibus. 5. Euclidis Phænomena.

COD. LIV. 1. Versio Latina duorum librorum Heronis Alexandrini *πρὸς ἀντιμωπῶν* Authore Iosepho Auria cum figuris. Primus est de iis quæ per se procedunt, & Inc. Studium: Def. regreditur: secundus de iis quæ se consistunt & Inc. Quæcumque igitur. Def. Immutantur. 2. Heronis Ctesibij *βελονοικία* Græcè.

COD. LV. Maphæi Vegii Laudensis de Antiquitatibus Basilicæ sancti Petri Romæ & de Summa dignitate & authoritate sancti Petri magnis donis & honorabilibus ei collatis libri quatuor. Inc. Magnum. Def. conseruaturus in perpetuum.

COD. LVI. Post Isaaci Lingonensis Canones multæ sequuntur eclogæ ex decretis Pontificum & synodorum sanctionibus, collectæ à domno Floro ex sententiis Antiquorum Patrum, nomina xi. regionum continentium in se 113. Prouincias, capitula facta,



iussu Formosi Papæ ad Viennam Galliæ Metropolim anno 892. Inc. Ut ab iniusta. Def. extorqueantur. 24. Tractatus de translatione Episcoporum. Inc. non transit. Def. Indica causam tuam 25. Interrogatio de iis qui primò per vim, deinde voluntariè ordinati sunt. Inc. vellem scire. Def. studeat. 26. Incipiunt Capitula Auxilii sine alio titulo in quibus de ordinatione à Formoso facta agitur. Inc. Formosus. Def. accessus. 27. liber de exordio, interpretatione & officio Episcoporum, siue qualiter ordinantur: Inc. Episcoporum. Def. populum. 28. Epistola Leidradi Episcopi Lugdunensis. Inc. cognoscere. Def. male viuere.

COD. LVIII. L'Arbre des Batailles composé par Honoré Bonnet Prieur de salon pendant le schisme de Clement VII. & Urbain VI. dédié à Charle VI. & écrit par Jean de Quadrino Limousin en l'an 1425.

COD. LX. Post synopsis legum Pselli, Grammatica Græca Incerti Auctoris, quam Ioannes à sancta Maura dicitur inuenisse in partibus Calabriae ultra, vel in Magna Græcia. Inc. *μετὰ δὲ τὰς*. Def. *ἡ τὰ παραπλήσια*.

COD. LXI. Clementis VI. Papæ sermones in membranis antiquis eleganter descripti in magno volumine, præmissis Indice copioso. Sermo primus est de Purificatione B. Virginis, vltimus super Canonizatione S. Yuonis.

COD. LXII. Post Galeni libros ad Glauconem & de Urinis Actuarii opera hoc est *ἐπὶ ἐκρηγῶν καὶ παθῶν τῶ ἰσχυρῆς πνεύματος* libri duo, *ἐπὶ διαγνώσεως παθῶν* libri duo, *διερευνητικῶν μεθόδων* libri duo, *ἐπὶ συνθέσεως φαρμάκων* liber, tum Dioscorides magnis & copiosis Indicibus præmissis.

COD. LXVI. 1. De sæculo & religione libri duo editi à Colutio Pyeri de Stignano Cancellario Florentiæ. Inc. Memor semper fui. Des. perseuerat. 2. Tractatus solemnus componendi & recolligendi sermones. Inc. Prout. Def. obscuris. 3. Tractatus de arte fermocinandi, seu collationes & arengas faciendi. Inc. Ars fermocinandi. Def. amoris igitur, deest aliquid in fine.

COD. LXVII. De iuribus, praxi ac disciplina Ecclesiasticopolitica regni Siciliae liber recens. Inc. primò illa se se offert. Def. & alij ministri antiqui eruditissimi. Tum de Monarchia regni Siciliae. Inc. Ex supra igitur relatis. Def. vt veritas omnibus innotescat.

COD. LXVIII. Tractatus Theologicus de Conceptione B. Virginis scriptus tempore Ioannis Papæ XXII. Alter quoque de eadem Immaculata Conceptione Tractatus, &c.

COD. LXX. Cum Silio Italico commentarii incerti in Bucolica, Georgica ac librum 1. & 2. Aeneidos Virgilij.



COD. LXXIV. Post Sermonem de translatione Spineæ Coronæ & alteram de Eucharistia auctoris incerti sed antiqui ac foundationem Abbatia de Montisburgo, sequuntur quædam opuscula græca, in iis Catalogus Imperatorum Christianorum, Catalogus Patriarcharum novæ Romæ, Sophronii versus Anacreontici de expugnatione Ierusalem, Leonis Despotæ alphabetarium de futuro iudicio, sancti Maximi fragmentum de valore argenteorum quibus Iudas Christum vendidit, Nili narratio & sermo de Alliano à P. Possino edita, &c.

COD. LXXVI. Post Anastasij Bibliothecarii sedis Apostolica collectanea edita à R. P. Jacobo Sirmondo, sequuntur Epistolæ aliquot atque excerpta ex decretis Pontificum, tum Hincmari vtriusque quædam Epistolæ & alia iam edita.

COD. LXXVII. Eclogæ Leonis Constantini & Basilij Imp. ex Institutis, Digestis, Codice & Nouellis Iustiniani, &c. seu collectio iuriscivilis Græcorum, appositis subinde scholiis & præfixo iuramento à Iudicibus præstando.

COD. LXXVIII. 1. Anonymi de re metrica tractatus. 2. Alterius Anonymi de re metrica 3. Hephaestionis Enchiridion. 4. Eiusdem Metrica isagoge. 5. Eiusdem dilucidior exploratio de re metrica seu de Poeticâ. 6. Ioannis Tzerzæ ἀπὸ τῶν ἐν στίχοις μέτρων. 7. Eiusdem de versibus poeticis. 8. Tractatus alter de iisdem. 9. Anonymi Catalogus Virorum Illustrium quorundam, seu Epitome ex Onomatalogo Virorum doctorum scripto ab Hesychio Milesio filio Hesychii Causidici qui floruit sub Imperatore Anastasio. Inc. Εὐδemos Def. ἡ ἄλλα πρὸ φιλόσοφα. 10. Anonymi de comædia manu recentiore.

COD. LXXX. Boncompagnus. liber ab auctore ita dictus, cuius testamentum præmittitur. Continet volumen ipsum multa Grammatica valde minuta, aliqua tamen aliquantò melioris notæ, scriptus anno Domini 1226. ultimo die Martij.

COD. LXXXI. Cum Arato Nicandro & Theocriti quibusdam Idylliis Aglaïi στίχοι ἡρωικὴς ἑταίροι. Incipit Ἀγλαΐας Def. κορινθίος.

COD. LXXXII. Xiphilini versio Guillelmi Blanci ad illustrissimum Cardinalem Armeniacum manu Blanci anno 1550. cum Indice.

In codice Naudæano x. membranaceo I. Constitutiones & sententiæ per D. Episcopum Reatinum in palatio Papali præsentate Capitulo Reatino in plena synodo die 4. Aprilis anno Domini 1303. Indictione prima Pontificatus D. Bonifacii Papæ octauo anno nono lata & promulgata. Principium dictarum constitutionum nimio vsu & attritu prorsus euauit, quantum scilicet tota priori pagina continebatur, reliquis omnibus integris existentibus. II. Constitutiones & sententiæ per D. Episcopum Reatinum in Palatio Papali generali synodo lata & promulgata die sexta Aprilis anno Domini 1315. Ecclesia Romana Pastore vacante. III. Summa omnium Ecclesiarum tam ciuitatis quàm diocesis Reatinæ & censualium & illarum quæ respondent Ecclesiæ Reatinæ facta iussu D. Thomæ Episcopi. Principium: Nos Thomas permissione diuina Reatinus Episcopus. Finis. Expliciunt Constitutiones & redditus & proventus Episcopi Reatini. IV. Litteræ Apostolicæ Lucii Papæ tertii directæ Benedicto Ecclesiæ Reatinæ Episcopo super terminis & finibus Diocesis Reatinæ. Datæ Veletri per manum Alberti sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis & Cancellarii. IV. Nonas Iulii, Ind. xv. Inc. Dom. anno 1182. Pont. eiusdem Lucii anno primo. V. Litteræ Apostolicæ Innocentii Papæ quibus monasterium sancti Loperdi de Colle ferrato declaratur subiectum Episcopo Reatino cum facultate exigendi procurationes, &c. Datæ Laterani 6. Kal. Maii, Pontificatus eiusdem anno sextodecimo. VI. Diploma Geraldii Dei gratia Abbatis: alme vrbs, Patrimonii B. Petri in Tuscia, Ducatus Spoletini, Campaniæ Maritimæque Prouinciæ, necnon Perulinæ ciuitatis, &c. Rectoris & Gubernatoris Generalis contra accedentes ad Monasteria absque licentia. Datum Perusij die 22. Iunij xi. Indictione anno 1375. Pontificatus Gregorij xi.



anno tertio. vii. Constitutio quædam Blasij Episcopi Reatini facta iussu Agidii Cardinalis anno v. i. i. i. Litera Gregorii x. i. i. Summi Pontificis directæ Prioribus populi & cõunitatis Ciuitatis Reatinæ de electione sua & voto compescendi schisma, modò Petrus de Luna moram per se huic negotio non afferat. Data Romæ apud S. Petrum duodecimo ab assumptione die, xi. vero Decembris anno à Natiuitate Domini 1406. Quod autem Bulla siue plumbum vna tantum parte signatum sit capitibus Apostolorum, nuda remanente parte altera, huius rei Summus ipse Pontifex causam hanc sub litterarum eiusmodi finem assignat: De hoc autem quod Bulla sine impressione nostri nominis est appensa presentibus, nullus debeat admirari: nam ante coronationis nostræ solemnia vsus perfectæ Bullæ cum huiusmodi nominis impressione non habetur. ix. Exemplum litterarum missarum per supra dictum Dominum Papam aduersario suo Antipapæ de quibus supra fit mentio in literis Gregorii Papæ, Data Romæ ibidem & eodem anno, die verò xi. ab eiusdem assumptione & x. Decembris. x. Copia cuiusdam constitutionis Benedicti Papæ, super officio visitatoris, quod continet modificationem recipiendę procurationis à Prælatiis suas dioceses visitantibus. Datum xv. Kalendas Ianuarii Pontificatus eiusdem anno secundo. xi. Instrumentum & transumptum cuiusdam Priuilegii foundationis monasterii sancti Angeli de Veins de Ciuita reali Reatinæ diocesis concessi per recolendæ memoriæ Dominum Fratr. Blaxium dudum Episcopum Reatinum sub appensione eius Pontificalis sigilli, &c. xii. Nota priuilegiorum Abbatis sancti Laurentii Terræ monte regalis vel in Ecclesia sancti Laurentii de Monte Portio situatæ in territorio Fani Comitatus eiusdem terræ, &c.

In codice xiv. eiusdem Bibliothecæ post Damasi seu potius Anastasij Bibliothecarij librum de vitis Pontificum vsque ad Nicolaum I. & Guillelmi similiter Bibliothecarij Appendices aliquot extant vitæ Pontificum cæterorum à Pandulfo Pisano aliisque continuatoribus perductæ vsque ad Martinum v. quem iustus sanguinis anno 1430. è viuis sustulit.

Martini Poloni Summi Pontificis Capellani & Pœnitentiarii Chronicon extat in codice xx. Bibliothecæ Naudæanæ membranaceo admodum vetusto post prouerbia Annæ Senecæ alphabeticè disposita, dicta septem Graciæ Sapientum (quæ Tractatus Chilonis nonnumquam appellatur, quod Chilonis Mindii dicta primoloco referantur) tractatus de quatuor virtutibus ac remedijs fortuitorū eiusdem Senecæ. Incipit Chronicon illud, quemadmodum



editis: Desinit verò in Clemente iv. Romano Pontifice & Frederico ii. Romanorum Imperatore, videturque, ut in fine, sic in multis aliis diuersum ab excusis, ac in eo præsertim quòd Ioannæ Papissæ, ut vocant, nulla in eo codice occurrat mentio, quamuis codex ipse suâ potissimum vetustate insignis censeri debeat. Extrema eius verba hic adscribam: Duo quoque Cardinales Iacobus Prænestinus & Otto pro subsidio Ecclesiæ contra Fredericum Legati ultra montes missi, quum redirent ad Curiam cum pluribus Prelatis per naues Pisanorum capiuntur.

In codice xxi. Naudarano habentur i. Exemplar cedula subscriptæ & iuramento firmatæ à Cardinalibus in creatione Petri de Luna seu Benedicti xiii. Princ. Nos omnes & singuli S. R. E. Cardinales congregati pro electione futura in conclauis ante altare, &c. ii. Responsio eiusdem Papæ facta die Dominica xx. Iunii 1395. cum illi significaretur ut ex præscriptis in illa formula ageret: Incipit, Benedictus, &c. cum dudum ad procurandum & accelerandum scissæ Dominicæ vestis, &c. iii. Eiusdem responsio data eodem anno Ducibus Ioanni Bituricensi, Philippo Burgundiæ patris, & Ludouico Fratri Caroli Francorum illustris eiusdemque Ambaxiatoribus super viis honestis, vtilibus, iuridicis ad tollendum schisma, & incipit: Benedictus, &c. quamuis nuper dilectis filiis Ducibus, &c. & hæc est secunda responsio. iv. Tertia eiusdem Papæ responsio in facto cedula, cuius se tenorem seruaturum profitetur contra quàm multis persuasum erat: incipit: Benedictus, &c. v. Dubia seu quæstiones super cedula subscripta per Dominos Cardinales in conclauis. Principium, Ista omnia supradicta huc schedula vsque continet, &c.

In codice xxii. Processus factus per R. P. D. Ademarus tituli sanctæ Anastasiæ Presbyterum Cardinalem super suspitione hæresis contra Franciscum de Ordelaſis de Forliuio. Incipit: Anno Domini 1346. Indictione 14. die Veneris Mensis Octobris Pontificatus S. D. Clementis diuina prouidentia Papæ vi. anno v. Reuerendus in Christo Pater & Dominus Ademarus, &c. Desinit: Guillelmo de Gordonio Rectore Ecclesiæ sancti Laurentii prope Brageriacum Sarlatensis diocesis testibus ad præmissa vocatis.

In codice xxiii. Instrumentum obedientiæ præstita à Dominis Galeacio & Pandulfo de Malatestis pro ciuitate Ariminensi. Incipit: Aymericus tituli S. Martini in montibus Presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis Legatus. Ad notitiam præsentium & perpetuam memoriâ futurorum. Dudum propter rebelliones



inobedientias, &c. Acta fuerunt hæc circa annum 1343. Clementis vi. secundum. Sequuntur postea varia instrumenta syndicatus civitatum Ariminæ, Faventia, Ravenna, Cervia, &c. quæ parum se obediens Romano Pontifici præbuerant.

In xxiv. & xxv. codicibus præter ea de quibus diximus supra pag. 39. in tertia parte speciminis Antiquarum Lectionum Latinarum, continentur i. Relationes factæ D. Geraldo de Valle Diacono Neapolitano S. D. Papæ Capellano in Regno Sicilia citra Pharus Apostolico Nuntio & Recollectori censuum de omnibus beneficiis eorumque fructibus & emolumentis dicti Regni Sicilia. ii. Computus Thesaurariæ Bononiensis de mense Iulii & Augusti 1364. Actuariorum sigillis munitus. iii. Ordo iudicarius in Foro Ecclesiæ editus per Magistrum Egidium de Fosariis de quo sectione vii. Partis iv. initio pag. 53. dictum est. Incipit: Ego Egidius de Fosariis Cuius Bononiensis Doctor Decretorum licet indignus &c. Desinit: Hoc igitur opere vilia ponetis, v. cum Procuratorio Nuntiorum Henrici Imperatoris seu Regis Romanorum venientium pro eo ad præsentiam Domini Papæ habentur, Decretum Electionis Regis Romanorum, Tenor pronunciationis Domini Papæ factæ post multos dies longa deliberatione habita super illo facto Regis Romanorum, Instrumentum fidelitatis præstitum Domino Papæ per nuntios & Procuratores Regis Romanorum, litteræ Domini Papæ subditis Regis Romanorum. vi. Fragmentum cuiusdam Registri de Censibus pertinentibus ad Ecclesiam Romanam in diversis regnis & mundi partibus, seu potius Recensio & inventarium, &c. Incipit à litteris & diplomatibus Imperatoris Constantinopolitani locorituli: deinde, Michaël & Andronicus eius filius, &c. Adduntur in quibusdam argumenta & summaria. vii. Fragmentum Homiliarum in quo habentur Sermo sancti Maximi & Sermo S. Augustini de Adventu Domini: reliqui vnde sint desumpti non dicitur, desideranturque principium & finis. viii. Processus pro Canonizatione & sanctificatione S. Ludouici Confessoris atque Pontificis Ordinis sancti Francisci. Incipit: Signum magnum apparuit in celo Ecclesiæ militantis cum diebus istis nouissimis, &c. Desinit, Datum Auenioni vii. Idus Aprilis Pontificatus nostri anno primo. ix. Acta criminalia contra Guillelmum Brimionis de Samur, qui missis ad Benedictum xiii. litteris cuiusdam Charlotti nomine Ioannem de Athenis & alios qui præstigias & veneficia in ipsum Pontificem parauerant, prodere promiserat, eoque nomine permultas ab ipso pecunias extorserat. Habentur ibidem interroga-



interrogationes sociorum eiusdem Brimionis factæ tum in sancto Victore ab Auditore Camera, &c. tum in Turri Trullathij Palathij Auenionensis ab Abbate Balnearum anno 1408. x. Rationes subductæ ab Arditio de Tridino & Bonauentura Clusino eius Vicario de collectis & decimis ordinatis pro subsidio terræ sanctæ secundum quod à variis Collectoribus variis in locis acceptæ & expensæ fuerunt. Incipit: In Christi nomine in hoc libro continetur qualiter olim Arditius de Tridino Decanus Nicosiensis executor subsidij terræ sanctæ in partibus Lombardia, Marchia, Taruifina Aquileiensi & Gradenfi Patriarchatibus & Archiepiscopatu Ianuensi pro sede Apostolica, &c.

In codice xxvi. 1. Acta diuersa quibus Benedictus xiiii. coactus fuit cedere tandem Pontificatu, & ex præscripto cedula agere, vt finis daretur grauiissimo schismati quo tunc conflictabatur Ecclesia. Incipit à cedula Conclauis. Nos omnes & singuli S. R. E. Cardinales congregati pro electione futura in Conclauis, &c. Desinit: Sextò quod præstantes eidem Benedicto obedientiam vel iâ substractam restitui procurantes grauissimè offendunt Christum & eius Ecclesiam sacrosanctam 11. Consultatio Ioannis de Lignano super electione Urbani vi. facta post mortem Gregorij xi. non liberis, vt videtur, suffragiis, sed tumultuante populo Romano & Romanum aut saltem Italicum Pontificem minaciter effractisque iam Palatii Apostolici valuis à Cardinalibus ipsis metu consternatis. Vnde queritur primò vtrum ista electio Canonica fuerit. Deinde si à principio non fuit Canonica, vtrum tacitus consensus omnium Cardinalium præmisso in informatione modo subsecutus sufficiat, ita quod iste sit verus Papa. Conclusio est affirmatiua. Incipit: Cum sanctæ memoriæ Gregorius Papa xi. die 27. Martij obiisset in Roma officiales Urbis diuersa consilia tenuerunt. Desinit: & sic explicatur primus articulus Tractatus de fletu Ecclesiæ. Deinde verò nonnulla subiicit quæ cum hominis tū sæculi characterem ad omne natiuitatum & superstitionum genus plus æquo propensi exhibent: Sequitur secundus articulus principalis in quo procedam hoc ordine: nam primò examinando aspectus singularum figurarum iuxta doctrinam singulorum Astronomorum maximè Tholomæi, Albumasaris, Haly, Abenragel & Summatoris Anglici: secundò discussis aspectibus subiciam iudicium circa omnia maximè ardua & ponderanda circa statum generalem Ecclesiæ tam in spiritualibus quàm corporalibus euentura, tertio singulariter circa statum & progressum Domini Summi. Atque hic siue Auctori, siue antiquario aqua hæsit,

M m m



neque aliud sequitur chartis pluribus quæ variæ supersunt. *iii.* Fulgentii Placiadis Fabii viri præclarissimi Fabularum liber secundus moralem Philosophiam expositarum ad Catium Presbyterum Cartaginensem, Incipit: Quamuis inefficax: Desinit in fabula de Cycno & Leda. *iv.* Præclarum Poetæ Sedulii opus Paschale quod desinit, in carmine de Laudibus Domini, siue, ut est apud Fabricium in editione Poëtarum Latinorum in collatione Veteris & Novi Testamenti his versibus,

Gloria magna Patri semper tibi gloria Nate.

Flamine cum sancto gloria magna Patri. Deest Hymnus acrostichis vitam Domini continens, quem habet Fabricius: sed hic habetur diuisio in capita quæ singula suum lemma obtinent, quibus caret Fabricius, diuiditurque totum opus in libros quinque non in quatuor, ut in editis. Adest etiam sub finem epistola ad Macedonium. *v.* Alcimi Auiti Poëmatum libri sex quorum principium conuenit cum editionibus Gagnei, Mollheri, Fabritii & Sirmondi, si voculas aliquot excipias, quæ variè in exemplaribus istis editis leguntur. Finis etiam excepta Mollheri editione cum omnibus aliis conuenit: Verum sequuntur tres alii versus quos nulli codices editi representant.

Alchimus hæc lubrico texti quæ carmina versu

Binis iam breuibus sex sena volumina pennis

Conscripsi en celeris deno sub lumine solis.

Subduntur postea Sermo Beati Martini de Trinitate & fragmentum ex libro S. Augustini de Trinitate. *vi.* Tragædia nouella hoc initio:

Quodnam cruentum sidus Arctoo potens

Regnavit orbe pestilens tantum mihi.

Gnati nefando flebiles cum vobis thoro

Genui: Patris iam detegam falsi dolos, &c. Desinit verò:

Petit illecebras virtus supernas,

Crimen tenebras expetit imas,

Dum licet ergo moniti stabilem

Discite legem.

Reperitur hæc Tragædia inter opera Poëtica Albertini Mussati Patavini edita Venetiis anno 1636. simul cum eius & aliorum historia sub hoc titulo, Eccerinis, quia tota est de Ezelino siue Eccerino & Alberico de Romano eius fratre. *vii.* Ad illustrem Dominum Laurentium Celsi Venetiarum Ducem commendatoria vitæ actæ & exhortatoria peragenda. Incipit: Recensenti mihi Dux inclyte veterum nostrorum religiosam industriam, Desi-



nit: Bene intendi Cancellarius tuus licet indignus etiam antequam Dux fueris totus tuus: successit Dux iste Ioanni Delfino circa annum 1361. Libellus est in membranis optimè scriptus, & idem, ut videturqui Duci, ipsi oblatus à Beneintendente fuerat. Meminit in eo Iulii Celsi Comitis Iulij Cæsaris, qui multos libros eleganter conscripsit. viii. & ix. de vitis SS. Floridi Tiphernatis Episcopi, S. Amantii Presbyteri & B. Helenæ dictum est supra parte Prima pag. 16. & 17. x. Historia S. Bonifacii Martyris Romani quæ incipit. Temporibus Diocletiani quater & Maximiani ter impiissimorum Imperatorum, &c. Desinit: Gloriosus Martyr Bonifacius victoriæ coronam assumens, &c. Eademque est edita Romæ à Lucâ Holstenio anno 1638 nisi quod hæc in tres lectiones diuiditur, & nonnullas voces ab Holsteniana, quæ vno tenore absoluitur, diuersas obtineat. xi. Officium sancti Geruntii Phicodensis Episcopi cum binis literis vna Iacobi Volponi, altera Roberti de Lutri quibus probatur D. Geruntium Ceruensem seu Phicodensem Episcopum eundemque fuisse martyrio coronatum. xii. xiii. De B. Iacobo è Castro Plebis & S. Patroniano Episcopo Fanensi consule supra pag. 17. & 19. xiv. Vita B. Thomæ Florentini Ordinis Seraphici Patris sancti Francisci cuius corpus iacet in cœnobio Fratrum Conuentualium vrbs Reatina. Incipit: Cum Clementissimus ille Deus. Desinit: miraculorum splendore, &c. obiit in illa vrbe anno 1447. xv. de sex Episcopis Cardinalibus ex vetusto codice Vaticanæ Bibliothecæ. Incipit: Sciendum est quod status Cardinalium. Desinit: Idem dicit in suis commentariis Pius 11. libri 12. Pag. 343. xvi. de Iurisdictione Ecclesiæ super Regnū Siciliæ Tractatus, in quo ostenditur quadruplici titulo ad ipsam solam Ecclesiam Romanam pertinere. Incipit: Quæstio mouetur ab aliquibus ab Ecclesia Regum Siciliæ, &c. Desinit: Finis debiti qui est Christus Dominus.

Spicilegium Demonolatriæ, siue opusculum de Dæmonibus & Magis illos inuocantibus quatuor in partes distinctum, Auctore incognito qui scripsit post annum 1330. Ita quidem habet titulus mss. codicis Naudæani. Verum editus est ille liber ante centum & quinquaginta annos, indictus Conrado Gesnero, Antonio Posseuino, Ambrosio Gozzeo, aliisque, atque hunc titulum præfert: Tractatus contra dæmonum inuocatores compilatus per sacra Theologiæ Professore[m] Fratrem Ioannem Vineti Ordinis Prædicatorum Inquisitorem Apostolicum Carcassonæ. Incipit: Frequens instantia quorundam Fidei Catholicæ zelatorum, &c.



Tractatus de origine, benedictione, consecratione & virtutibus Agnorum Dei, auctore Alfonso Cicarello de Mevania cum eiusdem ad illustrissimum & Reuerendissimum Guillelmum Sirletum Patricium Stilensem & S. R. E. Cardinalem amplissimum praefatione scripta Romae quinto Idus Aprilis 1579. Principium operis est huiusmodi: Inter omnia mysteria quae fiunt in sacrosancta Romana Ecclesia. Liber est graphice scriptus minio variis in locis distinctus manu, ut creditur ipsiusmet Auctoris, qui tamen faucibus laqueo disceptis Romae periit iis de causis quas in eius falsitatum historia retulit doctissimus vir Leo Allatius post censuram in V olaterranas Antiquitates siue Fragmenta Etrusca à Curtio Inghirami publicata secundae editionis, ubi & istius codicis mss. Naudæani inter libros à Cicarello compositos mentionem facit.

Fr. Bernardi de Tritia Hispani Magistri in Theologia Ordinis Prædicatorum quaestiones xviii. de cognitione Animæ coniunctæ corpori Parisijs disputatæ. Incipiunt: Queritur primò utrum anima coniuncta corpori intelligat veritatem naturaliter cognoscibilem per species innatas vel acquisitas, &c. Desinit: sed potius ut passio quadam transiens in ea recepta. Gesnerus iuxta titulum illius codicis mss. Bibliotheca Naudæana Bernardum hunc Hispani annumerat, sed propius verò Ambrosius Gozeus in Catalogo Prædicatorum illustrium ex Prouincia Prouinciæ eum esse dixit: Nam Posseuinus ex Antonio Senensi Lusitano Diocesim illi assignat Nemausensem prope Prouinciā & Auenionem, eundemque circa annum 1291. vixisse contendit.

S. Bernardi Claraualensis Abbatis Sermo seu Declamatio de verbis Euangelij, dixit Simon Petrus ad Iesum, ecce nos reliquimus omnia, &c. Continuo sermonis ductu procedit in excusis hactenus melliflui stillicis Doctoris operibus, verum in codice mss. Naudæano in sexaginta capitula suis instructa titulis diuiditur hoc lemāte: Liber de colloquio Symonis ad Iesum missus Henrico Romana Ecclesiæ subdiacono, qui postea Monachus factus est apud Monasterium sancti Anastasij de vrbe.

Seueri Sulpitii Dialogo quem cum Gallo & Posthumiano de virtutibus B. Confessoris Martini Turonensis Episcopi feliciter contulit, in codice mss. Naudæano præmittitur Praefatio valde longa nescio cuius, quæ sic incipit: Charo & elegantibus moribus ac studiis Ger.... ola Ber.... Mo... salutem: singula quorum omnium inspicerem studia, quorumlibet ac desudare ingenia, &c. desinit



desinit verò: Valeas in Domino dulce cor meum, & ipsum iam tandem Seuerum sic dicentem audiamus. Caterum tres Epistolę quę in Victoris Gisellini editione hunc dialogum præcedunt, pone subiiciuntur in mss. codice, & omnium extrema est Seueri Præfatio in librum de vita B. Martini, quamquam absque titulo, vt in tribus aliis epistolis, imò & dialogis ipsis, primo excepto, obtinet.

Liber inscriptus Minora decreta in codice altero Naudæano, incipit: Diuersorum sententię Patrum de Primatu Romanę Ecclesię ex variorum Pontificum decretis, quorum elenchum statim subiicit: Sequitur liber secundus de sacratissimo Pontificatu Romano: deinde tertius de Pontificali auctoritate & Regali potestate: tandēque quartus de quatuor Conciliis principalibus. Mentio in his Bedę & Hincmari, qui octauo ac nono Ætę Christianę seculo floruerunt. Idem codex membranaceus antiquus optime notę & formę oblongę continet sub finem decretum Nicolai Papę (huius nominis II.) de modo & à quibus personis faciendā sit electio Summi Pontificis, cui subscribere præter Nicolaum Bonifacius Dei gratia Albanensis Episcopus, Petrus Hostiensis Ecclesię Episcopus & ceteri Episcopi numero LXXVI. cum Presbyteris & diaconibus, nominantur in eo eius decessor Stephanus X. & Henricus Rex futurus Imperator. Additur quoque epistola integra D. Cypriani Carthaginensis Episcopi de Martiale & Basilide: quę sic incipit: Cyprianus, Cęcilius, Primus, Polycarpus, Nicomedes, Lucianus, Successus, &c. nempe alii omnes Coepiscopi Hispanici sigillatim enumerantur, quos reperiri tantum in codice Remensi notauit doctissimus Rigaltius in notis ad hanc epistolam; variat quoque nonnumquam textus ab editis.

Officium proprium & octaua Virginis Heroinę Martyris magnę Reparata ex Sidicina Ecclesia ad institutum Romani Breuiarii redactum, Urbani VIII. Pontifici Maximi auctoritate editum & concessum Ecclesię Niciensi in Prouincia Alpium Maritimarum, cuius Cathedralis domus Reparata nomine dicitur, instante Episcopo.

Statuta Synodalia & Prouincialia obseruanda in Diœcesi Cameracensi compilata & renouata anno Domini 1300. Incipiunt: Districtè præcipimus quòd Prælati personę suę patroni & duę partes sacerdotum, &c. sequuntur, additiones, & statuta Concilii Remensis Prouincię anno Domini 1301. facta die Mercurii Ante festum B. Clementis. Incipiunt: Imprimis igitur statuimus &

N n n



decernimus auctoritate Concilij, &c. atque ita ordine subduntur synodi variæ cum Remenses tum Cameracenses, vsque ad annum 1360. & finis est, non habeant potestatem audiendi confessiones, nisi de quibus apparebit per litteras patentes sub sigillo sedis Cameracensis.

Vita gloriosi Patris Hieronymi ex ipsius atque Augustini, Eusebii, Cyrilli, Gelasii, & aliorum sanctorum Patrum dictis edita. Incipit: Beati Hieronymi vitam à diuersis Auctoribus editam cum legissem, comperi eos inferuisse quædam, non magnopere ad eius præconium pertinentia, rursusque opportuna multa omisisse, &c. Adduntur sub finem Translatio corporis eiusdem ex Hierosolyma Romam, & Oratio D. Chrysostomi de Imperio & potestate humana & de Maiestate Diuina cum præfatione Interpretis Anonymi ad summum Pontificem: quæ opuscula scripta fuere Macerata die 15. mensis Maij 1555.

Excerpta de Sacerdotio IESV-CHRISTI ex Suida Græco per Laurum Quirinum Cretensem Patricium Venetum in Latinum translata: Incipiunt: Tempore Iustiniani Imperatoris Christianissimi, &c. Habentur ibidem Pontii Pilati, Christi Domini ad Abagarum & Beatæ Virginis ad Ignatium Epistolæ. Disputatio facta coram Anastasio Papa de anno 1163. cum Iudæo. Concordatio veteris ac noui Testamenti: De morte Iudæ scriptorum diuersitas. Iudicium sanguinarium Iudæorum contra IESVM-CHRISTVM Saluatorem mundi & sententia Pilati. Viuebat Laurus Quirinus tempore Nicolai v. Papa, ad quem exhortationem scripsit: anno 1453. de Bello in Turcas suscipiendo, ob expugnatam ab ipsis eodem illo anno Constantinopolim.

De laudibus sancti Thomæ Aquinatis oratio. Incipit: Mirificè recreor, Patres amplissimi, quum in hunc aditum laudis intueor refertum viris, &c. Desinit: Diuinam Thomæ sapientiam sin minus assequi possumus, admiremur, eiusque sanctimoniam, quod rectè possumus, imitemur.

Disputatio Sixti iv. Pontificis Maximi de Potentia Dei. Incipit: quia plerique sunt hac nostra tempestate, &c. Desinit, & amore non mediocri quo clarissimos illos Doctores vti Christianæ religionis amatores tota mente complectimur. Additur verò Corollarii vice: Finis paruuli opusculi intitulati de Potentia Dei editi per Reuerendissimum D. D. Franciscum Saonensem Cardinalem tituli S. Petri ad Vincula, die prima mensis Octobris 1470. regnante Paulo Papa ii. Pontificatus sui anno septimo. Qui Cardinalis Saonensis assumptus anno sequenti ad summum



apicem Sixtus IV. est nuncupatus.

Speculum Sacerdotum in quo representantur aliqua utilia speculanda circa Baptismi, Eucharistiæ & Pœnitentiæ Sacramenta. Additur Confessio valdè utilis confiteri volentibus lingua Italica, cum speculum illud Latine sit exaratum.

Magni Pii V. Pontificis Maximi vita quàm breuissimè explicata per Franciscum Ioannettum iuris vtriusque Doctorem & in patrio Bononiensi Gymnasio Sacrorum Canonum Professore primarium. Qui verò eodem auctore Ioannetto editus est Bononiæ anno 1577. liber de Vitis Romanorum Pontificum desumptus ex veteribus Germanis Scriptoribus, is definit in Clemente septimo.

De Primordiis vrbs Rhagusiæ ex quinto libro Commentariorum Lodouici Ceruati Tuberonis, qui incipiunt ab interitu Regis Huniadis Coruini.

Comparatio de præsentia Hannibalis Carthaginensis, Alexandri Magni & Scipionis Maioris Romani apud inferos, ex Græco in Latinum conuersa ab Aurispa Oratore ad Baptistam Senatorii & Equestris Ordinis Ciuem Romanum.

Iubilii Mauri Sabini de Turrium Sabinarum patriæ suæ origine commentarius duas in partes diuisus.

Diarium Tiferense, de rebus in Italia & præsertim Tiferi ge-  
his ab anno 1348. ad 1483.

Vincentii Castellani de nobilitate ciuitatis Fori Sempronii.

Oratio funebris in funere Nicolai Papæ V. primo die exequiarum auctore Nicolao Episcopo Catanzarii.

Statuta proborum virorum Ciuitatis Auenionis per sanctam disquisitionem sapientum examinata & in sanctis Conciliis approbata atque inter eos authenticè hætenus seruata, & deinceps obseruanda tanquam iustitiam & æquitatem in se continentia. Facta fuerunt circa annum 1316. Sedente Ioanne XXII. Romano Pontifice, vt habetur sub finem. Inde varia antiquitatis monimenta Historica ac principum aliorumque diplomata poterunt erui.

De Origine Reipublicæ vrbs quæ à sancto Marino in Italia nuncupatur.

Apologia Benedicti XIII. Romani Pontificis, incendij insinulati, &c.

Conclauæ Pii. II. Romanorum Summi Pontificis qui antea Æneas Syluius appellatus.

Instructio pro Reuerendissimo Domino P. .... tituli sancti Cyriaci Presbytero Cardinale, Regiensi vulgariter nuncupato,



Apostolicæ Sedis Legato ad Regem Hungariæ destinato, anno 1495.

Præclarum Sacrosanctæ Eucharistiæ miraculum & famosum valde factum Parisius anno Domini 1490.

Iacobi Gohorii Parisini de gestis Francorum liber XIII. siue Ludovicus XII. Patriæ pater.

Federici Commandini Vrbinaris vita per Sebastianum Maccium.

Federici Bonauenturæ Vrbinaris vita, eodem auctore Sebastiano Maccio.

Ioannis Maphæi Congregationis Diui Georgii in Alga Canonici ad religiosum venerandumque Patrem Franciscum Guizzo eiusdem Congregationis Canonicum de vita ac moribus præstantissimi cuius Veneti Benedicti à Platea oratio scripta anno 1485.

Acta sanctæ Margaritæ descripta à Rectuno, qui ei administrabat panem & aquam in carcere, cum figuris in veteri codice membranaceo.

In alio codice, qui decimus quartus ordine numeratur, post librum Anastasii Bibliothecarii de vitis Romanorum Pontificum, usque ad Nicolaum primum qui obiit anno 866. & additas à quodam Guillelmo eodem S. R. E. Bibliothecarii titulo decorato paucas Paparum aliquot vitas Pandulfus Pisanus excepit, ut in Paschali II. videre est à quibus Pontificibus quempiam alium Historiam illam produxisse oportet usque ad Martinum V. quem in Concilio Constantiensi electum in festo S. Martini die XI. mensis Nouembris tandem anno 1430. ictus sanguinis è viuis sustulit.

Formula confessionum edita à fratre Ioanne Rigaudi de ordine Fratrum Minorum Domini Papæ Clementis V. Pænitentiarario.

Peregrinantium ad limina Apostolorum origo & progressus. Item Episcoporum præceptum & iuramentum.

Ritus tradendi vestitus & professionis faciendæ in ordine Christianæ Militiæ Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ semper Virginis.

Francisci Charpii discursus ad Summum Pontificem super dispensatione Matrimoniali occasione alicuius Principis haud infeliciter elucubratus: strictim enim congerit multa argumenta quibus supremum Pontificem dispensare quolibet in casu posse ostendit: Incipit: Beatissime Pater, ut præsens materia rectè intelligatur



colligatur primò à definitione incipiam, &c.

Antonii Panormitani, Guarini Veronensis, Luchini, & aliorum epistolæ quædam breues at pauca.

Francisci Barbari, Cardinalis Hermolai Barbari patris, epistolæ.

Repetitio egregii Zanini Coqui Hugolini de Parma. Item sermo de laudibus Artis popinariæ & magiltrandi ritu per Hugolinum Parmensem editus & procuratus Papiæ in plateis magnis super curru triumphali. Cæterum Hugolino isti plurimum debent renascentes litteræ ut qui non paucos Classicos auctores, maxime Poëtas primus è tenebris eruerit & præfationibus terlis castigatisque ornarit.

Ad illustrem Equitem D. Orsatum Iustinianum Veronæ Præfectura functum Tobia Borgi nomine populi Veronensis gratulatio.

Oratio Guarini Veronensis habita pro fausto ac felici studio Ferrariæ inchoando, Regente illustri Leonello: sequuntur duæ tresve aliæ eiusdem Guarini ad scholasticos exhortationes.

Thomæ Reatini Apologia in Poggium maledicum, eiusdemque orationes aliæ.

Nicolai Perrotti oratio in eundem Poggium Florentinum.

Fabulæ Æsopi in Latinum sermonem conuersæ ab Omnibono Leonicensi ad Franciscum Gonzagam Principem Mantuanum.

Nicolai Pratenfis somnium de felicitate & miseria Curialium Urbis Romæ ad Reuerendum in Christo Patrem Ioannem sanctæ Mariæ in Dominica Diaconum Cardinalem de Medicis Patrimonii sancti Petri Legatum dignissimum.

Francisci Brusonii Poëtæ Laureati Dialogus, qui Disphilus inscribitur, Mantuæ anno 1511. scriptus, ut rumorem de nuptiis à se cum non honesti nominis famina clam celebraris auerteret.

Annotationes in librum Caroli Sigonij Mutinensis de Republica Hebræorum.

Marsilii Cognati Veronensis Doctoris & Medici & Philosophi per insignis Variarum obseruationum liber Quintus hætenus, quod sciri potuerit, ineditus, cum priores quatuor iam pridem Venetiis fuerint typis excusi.

Ioannis Baptista Camotii commentarii in Alcibiadem Maiorem Platonis.

Bernardini de Cacciantibus Alatrinitis tractatulus de Geniis ad R. D. Prosperum de sancta Cruce Patricium Romanum & sanctæ Roræ Auditorem dignissimum circa annum 1547.

Hieronymi Cardani Medici Mediolanensis super Euclidem li-



bri nouem : quorum primi tres sunt additionum & expositionum super quinque priores libros Euclidis : tres verò qui sequuntur super quatuor proximè consequentes eiusdem Geometrarum Principis libros, vltimi autem tres super sex vltimos, in folio, cum figuris.

Eiusdem Cardani de prudentia eximia seu artificiosa, libri duo manu auctoris propria cum lacunis hinc & inde exarati.

Vsus directorij planetarum ad amplissimum. supremæ Curia Consiliarium Ioannem Marletium Musæum, auctore Ioanne Mercerio.

Petri Pomponatii Mantuani Commentarius in parua Aristotelis Stagiritæ, vt vocant, Naturalia.

Zachariæ Pulhei Feltrensis ad clarissimum Dominum Hieronymum Taiapetram Belluni Prætozem quæstiones tres Philosophicæ: Prima de speciebus intelligibilibus. Secunda, An cælum seclusa intelligentia sit compositum ex materia & forma. Tertia de primo cognito.

Abbreniatio Francisci Sirigati super Quadripartito Ptolemæi.

Musica speculatiua Magistri Ioannis de Muris, & Enchiridion Domini Odonis Abbatis siue dialogus inter Magistrum & discipulum cum Micrologo Musicæ artis.

Chirurgia Magistri Henrici de Armundauillâ Chirurgi Regis Francorum Philippi Pulchri scripta in studio Parisiensi, anno 1306.

Glossæ super tractatu Auicennæ de cura lepræ editæ per M. Albertum de Zachariis Bononiensem.

Matthæi Curtii (siue Cintii) Papiensis in primum & secundum librum artis Medicinalis lectiones.

Eiusdem in primam & secundam sectionem Aphorismorum Hippocratis commentarij.

Tancredi de Corneto summa Iuridica varias continens quæstiones in eiusdem Apparatu tam Ciuili quàm Canonico omittas.

Zachariæ filij quondam Martini & Raynerii Perusini discipuli summa Notariatus, post Rolandinum edita, in membranis per columnas in folio.

Ioannis Mazonij Casenatis oratio Pisis habita cum illic anno 1588. Aristotelem interpretandum susciperet, longa & admodum erudita.

Francisci Frisimelicæ doctrina de pulsibus 1548.

Symposiacæ Parifoni Pellati Alexandrini Disputatiuncula 1483.

Quinti Marii Corradi ad Sebastianum Thomæum de asse libellus doctus & elegans.



Antiquitates nobilium gentium Aegyptiorum, Persarum, Atheniensium, Lacedemoniorum, Romanorum, Gallorum: auctore Nicolao Caussino Societatis Iesv Sacerdote.

Marciliana Historia Legenda Methodus auctore Theodoro Marcilio. Item de Funere publico & statua rostrali.

Francisci Priscianensis exemplorum de quantitate syllabarum Refugium. Liber, instar Prosodia Henrici Smetii Medici & Ianua Musarum R. P. Ludouici Caualli Ordinis Minorum, ante ducentos annos elaboratus.

Hugolini Parmensis Philogenia Comœdia ante ducentos annos scripta.

Argumenta singularum distinctionum Iuris Canonici versibus hexametris totidem conscripta hoc initio.

*Disce quid humanum ius diuinumque vocetur.*

*Hic ius Romanum per singula membra notatur.*

Desinit verò in hoc carmine.

*Patrum sancita cessant hic metrificata.*

Planctus Ecclesiæ in Germania: auctore Conrado de Magenberg id est de Monte puellarum anno Domini I. C. 1337. ætatis suæ 28. Præmittitur gemina præfatio: Prior, gloriosissimo vice Christi in Alemaniam Legato Domno Arnaldo de Virdello, &c. Altera ad Capellanum Domini Papæ Ioannem de Piscibus Legum Professore: Sequitur deinde opus metricum in cuius primo capite Auctor Papam alloquitur.

*Flos & apex mundi qui totius esse rotundi,*

*Nectare dulcorum conditus aromate morum*

*Orbis Papa stupor, clausor celi referator,*

*Tu sidus clarum, thesaurus deliciarum,*

*sedes sancta, potus, tu mundo sol modò solus, &c.*

Continet opus illud duas partes: Prima est de planctu Ecclesiæ in Germania: ob discordiam inter Papam & Ludouicum Bauarum Imperatorem: altera verò Clericos ac maxime Mendicantes exagitat quòd sub habitu simplici fundant venenum in Ecclesiam Dei & prænotatam illam nutriant inter fideles discordiam.

Hac verò pars postrema his versibus clauditur:

*Tu virginis ipse Maria*

*Fili sicque Dei, meretrices & Pharisei,*

*Non dedignati sunt à te sed venerati,*

*Cum sua fletu peccata, mei miserere Amen.*

Neque verò à re nostra alienum prorsus fuerit obseruare in codice qui quintum hunc proximè sequitur, Iacobi Caietani de Sre-



phanischis sancti Georgii ad velum aureum Diaconi Cardinalis Operi Prosometrico tribus versuum millibus constanti de vita & rebus gestis sancti Petri de Murthone, seu Caestini v. Romani Pontificis, de quo suprà mentio facta est, præmitti eiusdem Cardinalis epistolam hoc titulo: Religiosis viris amicis carissimis Abbati & conuentui Monasterii sancti Spiritus de Sulfone. Ordinis sancti Benedicti Diocesis Valuentis Iacobus miseratione Dei, &c. Sequitur Præfatio quæ oratione soluta totius Historiæ seriem breuiter explicat: deinde librorum & capitum index: tum succincta ipsius Iacobi de seipso metrica descriptio quam hîc afferre non erit fortè Lectoribus iniucundum, iis præsertim, qui in Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium vitis scriptisque conquirendis hoc tempore diligentem conferunt operam.

*Vrbs mihi principium generis, Iacobus mihi nomen.*

*Caletanus erat fluidi trans Tibridi samnem*

*Stephanidum de stirpe satus, producor ab Vrba,*

*Muronum cecini repetentem claustra Monarcham,*

*Insertumque polo, Bonifacius utque triumphet,*

*Vrbe sacra Diadema ferens, quo cardine fultus*

*Hunc panxi, caloque Petrum metroque refudi*

*Ceterum, fudique prosa: Deus hinc tibi laus est,*

Denique opus ipsa his versibus aggreditur.

*Alma Petri sedes iam dudum languida vultu,*

*Inuidia superante, &c.*

Claudit verò:

*Sit Petro gloria laudis*

*Confessori almo mirè sua carmina danti,*

*Cum quo Caliculis iuncti regnemus in æuum.*

Habetur extrema parte vltima pagina codicis illius mss. Instru-  
mentum donationis prædicti Voluminis seu operis Prosometri-  
ci factæ à Magistro Petro Notre de Neapoli anno 1412. Caestinis  
Auenionensibus vt orarent pro remissione peccatorum dicti  
Ioannis, &c. Facta autem fuit hæc donatio coràm Simone de  
Gol Baccalaureo in Decretis & Notario Auenionensi qui se sub-  
scripsit, & sigillum, vt moris est, addidit, sed fugientibus litteris  
iisdemque valde minutis, quemadmodum in tota illa donatione,  
quam propterea vix legere aut intelligere nisi diuinando quis  
possit.

Bernardini Veronensis Commentum in Priapeia in codice  
Naudæano incipit: Quoniam huius commentarioli nostri finem  
claudet epistola quæ Magnorum Virorum opinionibus sententiis-  
que plena declarabit quoniam auctore tam elegans tamque artifi-  
ciosum



ficiosum carmen factum sit, &c. Deest tamen hæc epistola, & finis libri ac commentarii est: relinquo expositionem quam multi huic epigrammati addere consueuerunt, &c. Onuphrius Panuinius libro de Viris Veronæ doctrina & bellica virtute illustribus Bernardini istius mentionem facit pag. 55. his verbis: Bernardinus quidam nomine incerto Veronensis scripsit commentarios in Tibullum Romæ excusos anno Domini 1475.

Initio pag. 46. Iannotii Manetti Florentini quinque orationes strictim attigimus ex codice Naudæano: quia vero variis in locis ac diuersis de rebus habitæ sunt, placet in his modo diutius immorari. Prima funebris recitata fuit in solemnibus Leonardi Aretini Historici Oratoris ac Poetæ Laureatione. Incipit: Si immortales Musæ diuinæque Camænæ, præstantissimi ciues, &c. Secunda ad Alfonso Aragoniæ Regem in nuptiali vnici filij inclyti Calabria Ducis congratulatione habita Neapoli in publico & generali Auditorio: Incipit: Demosthenes Græcorum & Latinorum omnium Orator excellentissimus, &c. Tertia Florentinorum nomine ad congratulandum Nicolao v. Summo Pontifici in creatione sua habita Romæ in publico & generali Consistorio. Incipit: Si nobis coram sanctitate tua, &c. Quarta eorundem Florentinorum nomine ad Senenses: Incipit: Cum Florentini amici ac finitimi vestri, &c. Quinta ad Veneros apud quos non secus ac apud Senenses & Summum Pontificem Legati munere functus est. Incipit: Magnum quoddam & ingens nobis de hac nostra legatione, &c. Harum verò orationum quæ est ad Alfonso edita fuit anno 1611. à Marquardo Frehero cum Sandæo de Regibus Siciliæ & dictis Alfonso: vbi & alia eiusdem Iannotii ad eundem Alfonso de laudibus Pacis Neapoli recitata. Curauit præterea nobilis Philologus Alexander Brassicanus eiusdem Iannotii libros quatuor de hominis dignitate & excellentia Basileæ per Cratandrum excudi anno 1532. Atque vtinam, inquit vir iuuandis literis natus clarissimus Naudæus, reliqua tanti viri opera, quæ à Posseuino longa titulorum serie referuntur, excusa pariter fuissent! Plura de eo qui volet, adeat Bocchium in Clarorum Florentinorum Elogiis. Atque in iis finem supplemento, ne latius excurrat, præfigo.





**SPECIMINIS**  
**ANTIQUARVM LECTIONVM**  
**LATINARVM ET GRÆCARVM**  
**SUPPLEMENTVM SEXTVM.**  
**SIVE**  
**ELENCHVS LIBRORVM**  
**TAM TYPIS, QVAM IMPENSIS**  
**SACRÆ CONGREGATIONIS**  
**DE FIDE PROPAGANDA**  
**IMPRESSORVM.**

*Ioanne Dominico Verusio Superintendente.*

S. I.



Alphabetum Græcum. Romæ Typis Sacræ Congregationis  
 de Fide propaganda in 8.

Alphabetum Chaldaicum. Romæ Typis eiusdem in 8.

1634.

Alphabetum Chaldaicum Antiquum Estrangelo di-  
 ctum. Romæ typis eiusdem 1638. in 8.

Alphabetum Perficum. *ibidem* in 8.

Alphabetum Armenum, cum nonnullis Orationibus. *Excude-*

99



*bat Romæ Stephanus Paulinus 1623. in 8.*

Alphabetum Ibericum siue Georgianum cum Oratione Dominica, Salutatione Angelica, Symbolo Fidei, Præceptis Decalogi, Ecclesiæ Sacramentis, & operibus misericordiæ Latino-Iberice & caractere Georgiano impressis. Accesserunt Litanie B. Mariæ Virginis, iisdem lingua & caracteribus. Ibidem typis Sacre Congregationis 1629. in 8.

Alphabetum Seruianum D. Cyrilli & D. Hieronymi. in 8. *ibidem.*

Alphabetum Sclauonicum S. Hieronymi cum aliis. Typis eiusdem 1630. in 8.

Alphabetum Æthiopicum, siue Abyssinum. Ibidem typis eiusdem in 8.

Alphabetum Copticum, siue Ægyptiacum. Ibidem typis eiusdem in 8.

§. II.

Chaldaæ seu Æthiopicae linguæ institutiones. Romæ typis Sacre Congregationis de Fide propaganda 1630. in 8.

Grammatica linguæ Syriacæ, Auctore Isaac Sciadrense Maronita è Libano Archiepiscopo Tripolis Syriæ. Romæ in Collegio Maronitarum 1636. in 12.

Lingua Syriacæ siue Chaldaicæ perbreuis Institutio Abrahamo Ecchellenfi Collegij Maronitarum alumno auctore. Romæ typis eiusdem 1628. in 12.

Grammatica Arabica Agrumia appellata cum versione Latina ac dilucida expositione Thomæ Obicini Nouiensis Ordinis Minorum. Typis Sacre Congregationis 1631. in 8.

Institutiones Linguæ Arabicae tribus libris distributæ, Auctore P. Francisco Martelotto Martinensi Sacerdote Theologo Clericorum Regularium Minorum. Romæ excudebat Stephanus Paulinus 1620. in 4.

Ars Grammatica Iaponica linguæ à Fr. Didaco Collado Ordinis Prædicatorum composita. Romæ typis sacre Congregationis 1632. in 4.

Institutionum linguæ Illyricæ libri duo, Auctore Bartholomæo Cassio Curiente. Romæ apud Aloysium Zannetum 1604. in 8.

Athanasij Kircheri Societatis Iesv Prodigium Coptus siue Ægyptiacus, in quo cum linguæ Coptæ siue Ægyptiacæ quondam Pharaonica origo, ætas, vicissitudo, inclinatio, tum Hierogly-



phica litteraturæ instauratio, vti per varia variarum eruditio-  
num, interpretationumque difficillimarum specimina, ita noua  
quoque & insolita methodo exhibentur. *Romæ typis Sacre Congre-  
gationis 1636. in 4.*

Emmanuelis Aluari è Societate IESV de institutione Gram-  
matica libritres. *Romæ apud Franciscum Caballum 1637. in 12.*

## §. III.

Thesaurus Arabico-Syro-Latinus, interprete Thoma à Noua-  
ria Theologo & linguarum Orientalium Lectore. *Romæ typis sa-  
cre Congregationis 1636. in 8.*

Fabrica linguæ Arabicæ cum interpretatione Latina, & Italica  
accommodata ad vsum linguæ vulgaris & scripturalis. Auctore  
Fr. Dominico Germano de Silesia Superiori Ordinis Minorum  
de Obseruantia S. Francisci Reformatorum Prouinciæ Romanæ  
linguarum Orientalium Lectore. *Romæ typis Sacre Congregationis  
1630. in folio.*

Lexicon Æthiopicum cum eiusdem linguæ Institutionibus  
Grammaticis & Indice vocum Latinarum, Auctore Iacobo Vver-  
mers Antuerpiano Carmelita. *Romæ typis eiusdem 1638. in 4.*

Dictionary suæ Thesauri linguæ Iaponicæ Compendium  
compositum à Fr. Didaco Collado Ordinis Prædicatorum, *Romæ,  
typis eiusdem 1632. in 4.*

Dictionary Malaico-Latinum & Latino-Malaicum cum  
aliis quamplurimis opera, & studio Dauidis Haex. *Romæ typis  
eiusdem 1631. in 4.*

Dictionary Latino-Epiroticum cum nonnullis vſitationibus  
loquendi formulis per Franciscum Blandum Epirotam. *Romæ ty-  
pis eiusdem 1635. in 8.*

Dittionario Giorgiano & Italiano composto da Stephano Pau-  
lini con l'aiuto di D. Nicephoro Irbachi Giorgiano Monacho di  
san Basilio. Adneſtitur Alphaberum Georgianum *Romæ typis eius-  
dem 1629. in 4.*

## §. IV.

Isagoge, id est Breue Introductorium Arabicum in scientiam  
Logices, cum versione Latina, ac Theses sanctæ Fidei Thomæ  
Nouariensis Ordinis Minorum Obseruantium Arabico-Latinè  
edita. *Romæ excudebat stephanus Paulinus 1625. in 4.*

Doctrina



Doctrina Christiana Italico & Græco communi idiomate. *Romæ typis Sacre Congregationis* 1637. in 12.

Doctrina Christiana Cardinalis Bellarmini Græcorum idiomate communi expressa. 1637. in 8. *Romæ typis Sacre Congregationis.*

Doctrina Christiana tradotta della lingua Italiana nella lingua Chaldaea, da Iacobo Begnamini. *Romæ typis eiusdem* 1633. in 8.

Summa Doctrinæ Christianæ à Cardinale Bellarmino sub Clemente VIII. Italico idiomate conscripta & mandato Cynthij Cardinalis Aldobrandini in linguam Armenam traducta. *Romæ excudebat stephanus Paulinus* in 8.

Dichiaratione piu copiosa della Dottrina Christiana tradotta dalla Italiana in lingua Armena da Pietro Paolo Sacerdote Armeno, Italico-Armena. *Romæ typis Sacre Congregationis* 1630 in 4.

Dichiaratione della Dottrina Christiana più copiosa del Cardinal Bellarmino tradotta in lingua Arabica da Gioanne Hefronita Arcipresbitero. *Romæ typis eiusdem* 1627. in 8.

Uerior expositio Doctrinæ Christianæ composita à Cardinale Bellarmino in Illyricam linguam per Ioannem Tomcum Marnautium versa. *Romæ typis eiusdem* 1627 in 8.

Doctrinæ Christianæ Bellarmini Compendium in Illyricam linguam communiorem conuersum à Bartholomæo Cassio Soc. IESV. *Romæ typis eiusdem* 1633. 12.

Doctrina Christiana parua idiomate Illyrico charactere Hieronymiano. *Romæ typis eiusdem* 1628. in 12.

Doctrina Christiana parua idiomate Illyrico charactere sancti Cyrilli. *Romæ typis eiusdem* 1629. in 12.

Doctrina Christiana del Cardinal Bellarmino tradotta in lingua Albanese da D. Pietro Budi di Pietra Bianca. *Romæ typis eiusdem* 1636. in 12.

Introduttione alla fede per gli Ebrei in forma di Dialogo da Fabiano Fiocchi da Monte S. Sauino. *Romæ apud Heredes Bartholomæi Zannetti* 1628. in 8.

Breuis Orthodoxæ Fidei professio, quæ ex præscripto sanctæ sedis Apostolicæ ab Orientalibus ad Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ unitatem venientibus facienda proponitur, Arabico-Latinè. *Romæ apud Franciscum Zannettum* 1630. in 4.



Davidis Regis & Prophetæ Psalmi ex Arabico in Latinum idioma à Victorio Scialac Accurenfi & Gabriele Sionita Edenienfi Maronitis redditi, Arabico-Latinè. ex *Typographia sauariana* 1619. in 4.

Euangelia Arabico-Latina cum figuris. *Romæ ex Typographia Medicea* 1629. in fol.

Missæ S. Ioannis Chrysostomi Græco-Latina in folio.

Missale Romanum Slauonico idiomate iussu S. D. N. Urbani VIII. editum. *Romæ typis sacre Congregationis* 1631. in 4. magno.

Missale Romanum idiomate Illyrico caractere Latino. *Typis sacre Congregationis de Fide propaganda* 1639. in 8.

Florentinæ Synodi Acta Græcè & Latinè Tomis duobus. In Tomo secundo adduntur alia Græcè & Latinè nempe.

Georgii Scholarij de pace, deque ferendo Patriæ auxilio ad Florentinam Orationes quatuor ex interpretatione Ioannis Matthæi Caryophili.

Bessarionis Archiepiscopi Nicæni Oratio Dogmatica, siue de vnione, ipsomet Bessarione interprete.

Iosephi Methionensis Episcopi responsio ad Marci Eugenici Episcopi Ephesini Epistolam de Sacrosancta Synodo Florentina Ioanne Matthæo Caryophilo Interprete.

Gregorij Hieromonachi Magni Protosyncelli Responsio ad Epistolam Marci Ephesini aduersus Latinos eodem Caryophilo Interprete. *Romæ per Paulinum* in 4.

Gennadii Patriarchæ Constantinopolitani pro quinque capitibus Concilij Florentini defensio Latinè. *Romæ typis eiusdem* 1638. in 8.

Eiusdem Gennadii eadem defensio à Ioanne Matthæo Caryophilo in vernaculam Græcorum linguam conuersa. *Romæ typis eiusdem Congregationis* in 4.

Acta Sacri Oecumenici Concilij Florentini collecta, disposita, & notis illustrata ab Horatio Iustiniano Bibliothecæ Vaticanæ Custode. *Romæ typis sacre Congregationis* 1638. in folio.

Narratio de sancta & Oecumenica Synodo Florentina contra obtrectatores illius Græcorum idiomate communi. *Romæ typis sacre Congregationis* 1628.



## S. VI.

Calendarium iuxta sanctum Nicenum I. Concilium, Gregorianamque ad eiusdem Concilij præscriptum emendationem, necnon & antiquum Orientalium computum. Auctore Michaële Hesronita Maronita Archipresbytero, Chaldaicè. *Romæ typis eiusdem 1637. in 4.*

Calendarium Gregorianum Armenum. *Romæ ex Typographia Dominici Basse 1634. in 4.*

Calendarium Gregorianum Syriacum. *ibidem in 4.*

Directorium Sacerdotum ex Latino Magistri Ioannis Polanci Societatis IESV Theologi à Simone Budinæo Iadrensi paraphrasticè in Illyricum idioma conuersum, caractere Latino. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1636. in 8.*

Idem caractere Hieronymiano. *Typis eiusdem 1635. in 8.*

Modus confitendi, & examinandi pœnitentem Iaponensem lingua Iaponica. Auctore Fr. Didaco Collado Ordinis Prædicatorum. *Romæ typis eiusdem 1632. in 4.*

Speculum Confessionis à Bartholomæo Cassio Societatis IESV Illyricè scriptum. *Romæ apud Bartholomæum Zannettum 1631. in 8.*

Neophyti Rhodini Cyprij de confitendi ratione tractatus Græcorum lingua vernacula conscriptus. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1630. in 12.*

Eiusdem de Sacramentis Compendium, de Præceptis Decalogi, de peccatis, de censuris Ecclesiasticis, de Officio Diuino recitando. *Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1628. in 8.*

Eiusdem Homiliæ XII. Canticum Beatæ Mariæ Virginis Magnificat exponentes. Additur Homilia XIII. in Dormitionem Deiparæ & Martyrium sancti Neophyti. Omnia Græcorum lingua vernacula. *Romæ typis eiusdem Congregationis 1630. in 8.*

Eiusdem Panoplia spiritalis. *Romæ apud Hæredem Bartholomæi Zannetti 1630. in 8.*

S. Augustini Hipponensis Soliloquium in communem Græcorum linguam conuersum à Neophyto Rhodino Cyprio. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1637. in 12.*

Eiusdem S. Augustini Episcopi Hipponensis Manuale in communem Græcorum linguam conuersum à Neophyto Rhodino Cyprio. *Romæ typis Sacræ Congregationis 1637. in 12.*

Leonis Allatii de Ætate & interstitiis in collatione Ordinum etiam apud Græcos seruandis. *Romæ excudebat Mascardus 1638. in 8.*



Ludouici Granatæ Dux viæ in Græcorum vernaculam linguam traductus ab Andrea Rendio Chio Societatis I E S V. *Romæ typis sacre Congregationis 1628. in 12.*

Roberti Bellarmini de Ascensione mentis in Deum Tractatus in Græcorum linguam vernaculam traductus à Georgio Bufronio Cyprio Societatis I E S V. *Romæ typis eiusdem 1637. in 8.*

Ioannis Auilæ Monita Spiritualia in communem Græcorum linguam traducta ab eodem Georgio Bufronio è Societate I E S V. *Romæ typis eiusdem 1638 in 12.*

Ioannis Gersonis de Imitatione Christi opusculum è Latino in idioma commune Græcorum conuersum à Neophyto Rhodino Cyprio. *Typis sacre Congregationis 1638. in 16.*

Long-col. La mors le Comte Ernoux de Flandres & de Bauduin le Barbet son fil. De Huon Capet. De Pape Grimbier, où Gerber Ki fu desesperez. xxxv. De Robert Viscart Ki devint Routiers. La guerre le Comte Bauduin de Flandres, contre l'Empereur Conrart. xxxvi. De l'estoement de l'Abeie dou Biech-Heluin. Comment li Dus de Normendie Robiers engendra de la fille à vn Peletier, Guillaume le Bastart, Ki fu puis Dus de Normendie. Comment cil Dus Guillaume demanda la fille le Comte de Flandres, & comment elle le refusa, & le prit puis, quant il l'ot bien batuë. La mors li Rois Henry de France, & comment li Coens Bauduins fu baus du Roiaume. De Robert le Frison, & de Flandres. xxxvii. Comment Robiers li Frisons saisi la terre de Flandres, contre la Comtesse Richaut de Mons & ses Enfans. Comment Robiers li Frisons desconfi le Roy Phelipon de Franche, & la Comtesse Richaut, & ses Enfans. Comment li Rois Phelipes de Franche assist saint Omer, & comment il fu leuës dou siege, par malice. Comment la ville de Douay vint à Flandres, & comment Ancin fu estoree. xxxviii. xxxix. Comment la Comtesse Richaut & ses Fils Bauduins estorerent l'Abeie de saint Denis en Brokeroie: la mors Robier le Frison. Dont li Comtes de Hainau vinrent. xl. De Godefroy de Buillon & autres Rois de Ierusalem. xli. Vne guerre du Comte Phelipon de Flandres au Comte Bauduin de Haynau. xlii. Comment li Rois Phelipes de France, li Rois Ricart d'Angleterre, & plusieurs autres, se croisirent contre Saladin. Comment Triple fu secouruë Ke Salhadins auoit assise. Comment Salhadins rendi Acre as Chrestiens. xliiii. La guerre dou Roi Ricart de Engleterre, contre le Roi Phelipon de Franche. Comment li Coens Bauduin de Flandres assist saint Omer. La voie d'outremer, & comment Constantinoble fu prise. l. Comment li Coens Bauduins de Flandres, & de Hainau fu fais Empereres de Constantinoble. lii. La bataille l'Empereur Bauduin contre les Blas, les Commains & les Grecs, & comment il fu perdu. & plusieurs Baron occis. La condemnation des Heres de Toulouse, & la voie d'Aubegois. Comment li Coens Simons de Montfort, se combatit à yaus & au Roy d'Aragon. liii. Le Mariage Ferrand de Portugal à la Comtesse Jehanne, fille le Comte Bauduins de Flandres. Comment Messires Loïs fies le Roi Phelipon fist clorre les portes de Pieronne, quant li Coens Ferrans & sa femme y furent entrez pour aller en Flandres, & ne les en laissa issir, si ot pris Acre & saint Omer. l'Assemblée de la bataille de Bouvines. liv. La Bataille de Bouvines. De l'Empereur Fedri d'Allemagne. lvi. Vne guerre de France & d'Engleterre. Comment Messires Loïs fils le Roi Phelipon entra en Engleterre, par l'acort des Engles, & comment li Engles se retournerent contre lui. La mort le Comte Simon de Montfort. lvii. La mors de Phelipon de France, & le regne Loïs s'en fil. Comment Biertrans dou Rais se fist Comte de Flandres. lviii. Comment li Rois



li Rois Lois, manda celuy Bieretram pour scauoir si c'estoit ses Oncles, & comment il s'enfui de Pieronne. La mors le Roi Lois, & le Regne de Lois s'en Fil Ki fu li boins Rois. La condemnation l'Empereur Fedri. LIX. Comment frere Robiers art les Bongres. La mort la Comtesse Iehanne, & comment hytes reuint à la Comtesse Marguerite. Comment Messires Guillaume de Dampierre fu occis à uns tournoi à Trasegnies. LX. Dou Roiaume de Se-  
sile. Comment Charles Coens d'Anio fu mandés par le Pape, pour aller en sesiles, & les Batailles qu'il eut à Mainfroi & à Conradin. LXI. En suite il parle des Tartares & des Ermins, où Armeniens bten au long. Comment les Tartaires occisent David leur Roy, & de plusieurs de leur manieres, & de plusieurs de leur batailles. De la voie des Freres Ke li Pape s'enuoya as Tartaires. LXXIV. Comment le boins Roi Lois ala premiers Outremer, & de ceux Ki auoec luy furent. LXXV. C'est li exemples des lettres Ke Erchalcai, vn Prince des Tartaires, enuoya au Roi Lois. LXXVII. Comment li Rois Lois assiegea Damiette, & comment elle fu prise. LXXVIII. Comment li Roi Lois vint à la Massoue, & comment li Coens d'Artois y fu perdas & plusieurs autre Baron: & comment li Rois Lois dot retourner à Damiette, si fu pris & ses gens desconfis. Comment li Rois Lois alla en Thunes de ciaux Ki auoec luy furent, & sa mort, & le regnes de Phelips s'en Fil. Vne aloiance Ke Mesires simons fil le Comte Simon de Montfort fist contre le Roi Henri d'Engleterre, & Edouard sen Fil. LXXXIX. Comment li Rois Henri & Edouars s'en Fil furent pris, & comment Edouars eschapa, & desconfi puis Monseigneur Simon. Comment Charles Rois de Sisile arriua en Thunes, aprez la mort le boin Roi Lois ses Freres. LXXX. Vne Bataille Ke li Rois Charles de Sisile ot as Sarraïns de Thunes. Comment li Rois Edouars occist le assassins, comment li Rois Phelipes de France reuint de Thunes aprez la mort le Bon Roi Lois s'en Pere. LXXXI. De Pieron de la Broce, & comment il fu pendus, pour la malisse Ki l'unt sus à Madame Marie de Braibant femme le Roi Phelipon. Comment on alla en Arragone, & de ciaux K'y furent. Vne Bataille dou Duc de Braibant contre les Lembourgis. LXXXII. Comment li Rois Edouars ala en France vir le Roi Phelipon de France, sen cousin. Vne Vriere en Mer, entre les Engles, les François & les Flamens. LXXXIII. Comment li Rois Phelippes de France ala assir la Ville de Lisle & les Batailles Ke les François eurent as Flamens. LXXXIV. Vne Vriere dou Roi Aioul d'Alemengne, contre le Duc d'Ostherice, & plusieurs Barons d'Alemengne, & comment li Rois Aiouls y fu ocis, & li Dus d'Ostherice couronnés à Rois. LXXXV. Comment Messires Iakes de saint Pol fut fais Gardiens de Flandres de par le Roy Phelipon de France, & comment li communs de Bruges se reuela contre luy. LXXXVI. La Bataille à Courtray.

Chronicon hoc in veteribus membranis ab aliquot saculis ca-  
BBBbb



Iamo exaratum misit ad me Vir doctissimus iuxta atque humanissimus Henricus de Maubreul, apud sanctum Quintinum in Veromanduis Causarum Patronus celeberrimus & Ducatus San-Simonici Bailliuis.

Pag. 6. ad Rodulfum adde 1. huius nominis Imperatorem.

Pag. 7. Carthusiensis ordinis Statutorum noua collectio Parisiis excusa prodijt in 4. anno 1582. An conueniat cum Mss. illis codicibus Bibliothecæ Thuanæ exquiremus per otium.

Sub finem pag. 8. adde: Abbatum quoque sancti Vitoni & Abbatum Flauiniacensium.

Ad pag. 10. DCCCLXXX. adde VIII. & obserua Heremperti seu Erchemperti Langobardi Monachi Cassinensis Historiæ de gestis Principum Beneuentanorum Epitomen Chronologicam prodijisse in 4. Neapoli anno 1626. cum Antiquis Chronologis de rebus Neapolitanis ab Antonio Caracciolo editis. Eandem quoque usque ad annum DCCCLXXXVIII. meliorem auctioremque à Camillo Peregrino in lucem fuisse emissam in 4. cum Historia Principum Langobardorum Neapoli, 1643. Post, Principe adificato, adde. Incipit: tractatus Atrichi de mortuorum siue viuorum oblatione, &c. Desinit in priuilegio Rocherij Italiæ Regis & Rocherij primi Comitis hæredis & filij circa annum M C R V. cuius vltima verba sunt: Datum Salerni per manum Guarini nostri Cancellarij 12. Augusti. Testor ego Rogerius Rex, qui supra, &c.

Geruasij Tilleberiensis quæ ad Franciam pertinent præcipua vulgarunt Andreas, & Franciscus Duchesnij in Collectione historica Scriptorum Coætaneorum de rebus Francicis.

Quæ de Anglica Historia hic narrantur conferenda num iis quæ audio pronuper Londini prodijisse duobus Tomis.

Ad pag. 11. Lamberti Ardensis plurima Fragmenta inseruit Andreas Duchesnius Genealogicæ, quam scripsit vernacula lingua, Comitum Gifnensium Historiæ probationibus.

Sub finem pag. 12. Relatio Fr. Nicolai incipit: Sanctissime Pater infra scripta sunt quæ acta sunt in Italia, postquam Dominus Imperator felicitis recordationis Montes transiuit, prout ego Frater Nicolaus, &c. Desinit: Pater sancte testimonio animæ meæ alia ad præsens nescio relatione digna nisi quod per salutem animæ meæ vobis dico, quòd non credo quod aliquis viuat hodie inter Principes saculares, qui plus Deum diligat, & Ecclesiam Romanam & omnem probum virum quàm ipse faciebat.

Pag. 15. adde V. C. Ioannis Bigotij in suprema, &c. In Pera-



niano scribe Petauiano. Ex codice Naudæano nono seu sexto. adde:  
Incipit: Caritatiuis venerabilium quorundam vestri Sacri Or-  
dinis, Fratres charissimi, precibus inclinatus, timens licet ac  
trepidus scribere præsumo. Quis: de quo? sanè Petrus de Petro,  
Episcopus de Episcopo, sed parvus de Maximo, infimus de Sum-  
mo, scelestus quoque ac peccator indignissimus de celesti ac di-  
gnissimo vestri sancti gregis Pastore primo atque præcipuo, &c.  
Desinit: ad cuius latitiæ participationem ille nos peruenire con-  
cedat, qui est benedictus, &c. Post, lamentatio de eius morte:  
Incipit: Venite & audite me & narrabo vobis quanta fecit Do-  
minus animæ meæ. Desinit: Datum Auenione, in Nonis Maij,  
Pontificatus nostri (scilicet Clementis V.) anno octauo. De  
opere Prosometrico, Vide pag. 62. & pag. 235. sub finem atque  
integram fermè 236.

Pag. 16. possessori scribe possessore. Pag. seq. B. Iacobi è Ca-  
stro Plebis meminit Lucas Vadingus III. Tomo Annalium Mi-  
norum ad annum 1304. Benedicti XII. Papæ primum. Incipit  
vero huius vita: Beati quoque Iacobi, &c. Desinit inter monu-  
menta Conuentus sancti Marcelli.

Pag. 18. S. Leufredi vitam edidit quoque Vincentius Barralis  
in Chronologia Lirinensi.

Pag. 19. Translatio S. Monicæ incipit: sapissimè fueram rogatus  
à pluribus, vt translationem sanctæ Monicæ Matris S. Augusti-  
ni, &c. Clauditur Hymno ad laudem sanctæ Monicæ, cuius vlti-  
mi versus sunt.

*Laus honor Filio, qui simul inclutum.*

*spirat de patrio corde Paraclitum.*

Vita S. Paterniani primi Fanensis Episcopi. Incipit: Dum pe-  
rituro mundo dignata est diuina clementia prouidere. Desinit:  
sive non pigeat audire.

Idem R. P. Ludouicus Iacob, Ord. Carmelitarum, hunc quo-  
que mihi pro sua singulari humanitate communicauit Indiculum  
eorum opusculorum, quæ viris omnibus eruditis ad editionem  
parata libenti animo offert.

Vita & Passio S. Bertharij Martyris & Abbatis XIX. Sacri Mo-  
nasterij Cassinensis à P. D. Ignatio Pragensi eiusdem mon. Cassi-  
nensis Vener. Priore composita, ac Notis Constantini Caietani,  
Abbatis S. Baronti, illustrata.

Vita S. Benigni Martyris ex Breuiario Flauiniacensi.

Vita S. Christinæ Virginis ex eodem Breuiario.

Vita S. Prælecti ex eodem Breuiario.

BBBbb ij



Vita altera eiusdem S. Praeecti ex eodem Breuiario.  
 Fundatio Monasterij Flauiniacensis ex eodem Breuiario.  
 Vita S. Ioannis Lingonensis Confessoris, ex eodem Breuiario.  
 Vita S. Germani Antiffiodorensis ex eodem Breuiario.  
 Vita S. Germani Episcopi Parisiensis, ex Breuiario Eduensi.  
 Vita S. Claudij Episcopi & Confess. ex eodem Breuiario Ed.  
 Vita S. Maximini Episcopi, & Confess. ex eod. Breuiario Ed.  
 Vita S. Simplicij Episcopi Eduensis, ex eod. Breuiario Ed.  
 Vita S. Theobaldi Confessoris, ex eod. Breuiario Ed.  
 De Inuentione corporis S. Quintini ex eod. Breuiario Ed.  
 Vita S. Rhetici Episcopi Eduensis, ex eod. Breuiario Ed.  
 Vita S. Cassiani Episcopi, ex eodem Breuiario Ed.  
 Vita S. Syagrii Episcopi Eduensis ex eod. Breuiario Ed.  
 Vita S. Mammetis Martyris, ex eodem Breuiario Ed.  
 Arnoldus Bostius Carmelita Gandensis de Illustribus Viris  
 Ordinis Carmelitarum: habentur bina exemplaria MSS. & ha-  
 ctenus inedita. Bostius obiit 1499. de quo Ioannes Trithemius de  
 Scriptoribus Ecclesiasticis.

*Ad secundam Partem Biblicam & Theologicam.*

Linea vltima pag. 21. Testimoniorum ex Epistolis sancti Pau-  
 li libellus & pag. 22. initio adde ex apographo misso à R. P. Ale-  
 xandro VViltheim Societatis Lesv Presbytero.

Incipit Stephani Langthon expositio super Exodum: In ingres-  
 su Tabernaculi quinque columnae erant de lignis Sethim deau-  
 ratae. Desinit: Cum infirmior tunc fortior, sum & potens per cun-  
 ctas mansiones.

Pag. 23. Guidonis Elnensis. Is est Guido de Perpiniano Ordi-  
 nis Carmelitarum, cuius opera quadam typis edita fuerunt. De  
 ijs plura Epitomator Bibliotheca Gesneri Iosias Simlerus, & An-  
 tonius Posseuinus noster in Sacro Apparatu.

Ad pag. 24. Marii Victorini, Afri, Viri clarissimi Consularis de  
 Generatione Verbi confutatorium Candidi Ariani cum Bernat-  
 di Ziegleri Conceptionibus seu commentariis in Genesim edi-  
 tum est in folio, anno 1548 Basileae apud Ioannem Oporinum. Sed  
 alieno prorsus loco insertum est cum eiusdem Candidi Ariani li-  
 bello. Opera pretium existimant Viri docti vtrumque illud opus-  
 culum in meliori lumine ad quorumlibet vsum collocare. Edi-  
 dit quoque R. P. Iacobus Sirmondus inter opuscula Dogmatica  
 Victorini Afri librum contra Manichaeos. Item de principio Dei  
 in 8. anno 1630. apud Sebastianum Cramoisy.

Ibidem Dydimi, scribe Didymi. Claudij vero Taurinensis Epif-  
 copi



copi commentaria in Epistolam duntaxat ad Galatas sancti Pauli Apostoli edita sunt in SS. Patrum Bibliothecis Parisiensibus & Coloniensi per singula Æræ Christianæ sæcula digesta.

Ad pag. 25. Odo Sueffionensis vixit circa tempora Eugenij iii. Incipit: super Ieremiam, quidquid mali super nos adducitur nostra peccata merentur. Desinit: ad id alium ad quod meipsum.

Gualiffi commentarius super quatuor libros Sententiarum in codice Naudæano ii. Incipit: Vtrum quilibet Viator existens in gratia assentiendo articulis fidei mereatur, Videtur quod non, &c. Desinit: posset alteri vices suas committere.

Pag. 26. Thomæ Cracouiensis opusculum de ratione sumendi corpus Christi dicitur fuisse pronuper excusum Lugduni, nondum tamen videre contigit.

Iesse Ambianensis Episcopi Tractatus de Ordine Baptismi editus fuit post aliqua Hincmari Remensis Archiepiscopi opuscula in 4. anno 1615. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy cura & studio Ioannis Cordesij Canonici Lemouicensis.

Petri Alfonsi Viri illustris ex Iudæo Catholici Dialogus editus fuisse dicitur Colonia in 8. anno 1536. Nos cum Mss. codice nostro optimæ notæ conferemus.

Summa Fr. Moneta qui vivebat anno 1225. fueratque in sæculo Professor artium Bononiæ, antequam Ordini Prædicatorum se manciparet. Incipit: Tempus faciendi, &c.

Pag. 28. Multa Hildeberti Cenomanensis Ep. opera collegisse olim maximo studio V. C. Philippum Loyauté Aduocatum Parisiensem à multis eruditione præstantibus viris accepi, quæ opera pretium fuerit ab hæredibus, aut iis, in quorum manus deueniunt, publicæ utilitati diutius non inuideri.

In septisegmentato opere quod Alexander Achillinus Medicus ac Philosophus emisit in lucem Bononiæ impensis Benedicti Hectoris anno Domini 1516. in folio, reperiuntur I. Aristotelis Philosophorum Maximi Secretum Secretorum ad Alexandrum de Regum regimine, de sanitatis conseruatione, de Physionomia, &c. alio nomine: Liber moralium de regimine Principum ad Alexandrum cum prologo Ioannis qui transtulit librum Filij Patricij. II. Eiusdem maximi Philosophi Aristotelis de signis aquarum ventorum & tempestatum. III. Eiusdem de Mineralibus. IV. Alexandri Aphrodisiensis de intellectu. V. Auerrois de beatitudine animæ. VI. Alexandri Achillini Bononiensis de vniuersalibus. VII. Alexandri Macedonis in septentrione Monarchæ de Mineralibus seu mirabilibus Indiæ ad Aristotelem. Alio ergo,

CC Ccc



ablegandum videtur Secretum illud Secretorum Philippi, quod pag. illa 28. tibi lector occurret.

Pag. 29. Initium primi Sermonis Ioannis Papæ XXII. Transibo in locum tabernaculi, &c. Sermonis ultimi qui est de Purificatione hic est finis: Hanc salutem nobis concedat, qui sine fine viuit & regnat. Amen.

Pag. 33. linea 8. pro exceptis lege excerptis.

Antequam ad Tertiam Partem progrediar, placet hic paulisper Subsistere; & adscribere V. C. Nicolai Rigaltij in suprema Merensi Curia Senatoris amplissimi manu exaratum Indiculum librorum quorundam Mss. quos ipse possidet:

i. Epistola Karoli Imperatoris Regis Francorum & Langobardorum ad Odilbertum Archiepiscopum continens quæstiones ad ritum Christianæ religionis pertinentes, quibus ab Episcopo respondetur. Chronicon Reginonis Abbatis libris duobus Domino Adalberoni Episcopo ad annum DCCCXV.

ii. Casarij Arelatensis Homilia. Leontij Episcopi Neapoleos Cyprorum insula de vita & actione sancti Patris Ioannis Episcopi Alexandrini. Bedæ opusculum de locis sanctis.

iii. Excerpta ex Capp. Karoli. Incip. Constitutio memorata de Sacerdotum purgatione, de celebrando Concilio, Exemplar libertatis, Exemplar formatæ, Incipit de utilitate pœnitentiæ & quomodo credendum sit, de remissione peccatorum per pœnitentiam cum præfatione operis subsequenti. Incipiunt capitula: Quod nulli vltima pœnitentia deneganda, &c. Sequuntur libri tres capitulorum. Deest tertius.

iv. Glossæ veteris & noui Testamenti.

v. Vita S. Martini: Incipit, Seueri ad Desiderium fratrem suum de vita S. Martini à se conscripta.

vi. S. Augustini, vnde malum, libris duobus. Eiusdem liber de Genesi contra Manichæos, de Fide & Symbolo, Altercatio cum Maximino Ariano, Collatio eiusdem & Pascenij Arriani & Laurentij Vicarij.

vii. Liber ritualis, quo continentur variæ Orationes, & preces & formulæ.

viii. Verus Calendarium. Liber Sacramentorum de circulo anni expositum à sancto Gregorio Papa.

ix. Vita & Passiones sanctorum. Narratio Mamertini de canonizatione sua. Vita sancti Germani Antiochensis. Vita S. Galli Abbatis. Vita sancti Germani Episcopi Capuani. Vita sancti Remachi Episcopi. Vita sancti Eligij Episcopi. Vita S. Sulpitij



Episcopi Bituricensis. Vita S. Marinae Monacha. Vita S. Melaniae. Vita S. Pelagiae. Passio S. Eustachij Martyris. Passio S. Blasij Episcopi Sebastensis. Vita S. Simeonis Monachi.

x. Sancti Augustini liber Questionum Veteris & Noui Testamenti.

*Ad tertiam partem Epistolica & Diplomaticam.*

Pag. 39. Fragmentum longioris Registri Bullarum Clementis V. quatuordecim tantum continet anno Primo Pontificatus datas: mox verò sequuntur alia plures ab eodem Pontifice, & eadem forma exarata.

Nicolaus Ostiensis Ep. Legatus fuit ad partes Vngariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae, Seruiae, Lodomeriae, Galatiae, &c. aut ad alios quidem, sed de rebus & negotiis ad eandem legationem spectantibus.

Propositiones Lud. Rom. Imp. incipiunt: Nos Ludouicus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus proponimus contra Ioannem qui se dicit Papam XXII: quod inimicus sit pacis, &c. Desinit: protutela & securitate sacri Imperij & nostra & omnium singulorum supradictorum.

In Registro Lotharij continentur & praesertim quae ad Longobardorum Leges & Statuta pertinent, addito in singula quoque commentario.

*Ad quartam Partem Technicam seu Philologicam.*

V. C. Isaacius Heraldus, Desiderij Heraldici celeberrimi in Curia suprema Regni causarum Patroni Filii doctissimus, exhibuit mihi Catalogum librorum aliquot MSS. qui ex Anglia in hanc Urbem iam pridem deportati, venditi sunt superiori anno Nobili cuidam Germano. In iis erant Catulli codex antiquus, Claudiani codex antiquissimus, Ouidii codex optima nota ab Angelo Politiano cum multis aliis collatus, variis lectionibus auctus, & ab eodem Politiano breuioribus scholiis, sed accuratissimis longèque doctissimis, illustratus, Q. Curtij codex non ita tamen antiquus, Terentij Comediae, Plauti Comediae tres, Miles gloriosus, Casina & Mostellaria cum Ioannis Passeratii commentariis, Martialis Epigrammatum codex vetustissimus & optimus, in quo habentur varia lectiones planè discrepantes ab omnibus codicibus quibus vitemur, Ausonii codex antiquissimus, Lactantii codex optimus, Salustii codex sed non ita antiquus, alter Q. Curtii codex vetustissimus, Iuuenalis Satyrae cum scholiis codex antiquus.

CCCccc



tiq̃uissimus, Gellii codex optimus, Tertulliani de pallio, aduersus gentes de spectaculis, de Baptismo, atque Arnobij aduersus gentes duo codices vetustissimi. E Gracis verò Scriptoribus, scholia longè aacuratissima & antiquissima in decem libros Homeri nusquam in lucem edita, Callimachi codex antiquissimus cum glossis interlinearibus doctissimis, nec antea excusis, Pindari codex vetustissimus & optimus elegantissima manu exaratus cum scholiis Gracis doctissimis hactenus ineditis, Phocylidis codex antiquissimus in quo habentur pleraque carmina quæ in libris excusis desiderantur, Sophoclis Tragediæ cum notis Gracis nusquam in lucem editis, Euripidis Tragediæ codex antiquissimus, Aristophanis codex optimus & cum breuib; notis iisque doctissimis nondum vulgaris, Lycophronis codex antiquissimus ab Angelo Politiano recognitus, Epigrammata Græca, quæ in Anthologia desiderantur, Demosthenis de Syntaxi seu constituenda Republica Oratio codex elegantissimâ manu exaratus cum interpretatione Angeli Politiani eiusdemque notis perquam eruditis, in quibus pleraque Demosthenis, & aliorum scriptorum loca emendantur & illustrantur, Paraphrasis Græca doctissima & vetustissima in Aristotelis Rhetoricam codex elegantissimâ manu exaratus, nec vsquam in lucem editus, Incerti Auctoris commentarius Græcus in eiusdem Aristotelis Stagiritæ Topicorum libros, Simplicii commentarii in Aristotelis libros de anima cum Logica Græca & optima, codex satis magnus continens commentarios doctissimos necdum publicæ luci datos, in Philosophiam Platonis, Ocelli Lucani codex antiquissimus, Theophrasti Characteres, codex optimæ notæ, in quo habentur pleraque quæ in libris excusis desiderantur, Iamblichus de vita Pythagoræ, Item Iulii Pollucis Onomasticon & aliquot sancti Ignatii Episcopi Anticheni & Martyris Epistolæ, Quæ omnia tumultuario commissa Indici in ordinem classesque distinctas digessi Græcosque à Latinis & à Poëtis ceteros Auctores seiunxi.

Ad Pag. 45. Synonyma Britonis edita sunt in lucem Parisiis in 4. per Dionysium Rosse 1598. quemadmodum & nonnulla alia quæ hinc inde ex Catalogis Mss. codicum nobis imprudentibus exciderunt, aut tam alte demersa sunt in oblivionis tenebras, ut ipsis etiam pene ignota sint. diligentissimis hominibus, qui in euerrendo Bibliothecarum pulvere, & conscribendis librorum titulis atque indicibus vitam omnem consumpserunt.

Pag. 46. de Ianotio Manerto Florentino plura habes infra pag.



273. sub finem supplementi Quinti siue eius Appendicis ex Bibliotheca Mss. Codicum Gabriels Naudai. addi nulli potest. Post Oratione expositas adde: hoc initio: Illustris industrie ac grandis benevolentie speculo Francisco Nouello genito excelli magnifici Domini mei Francisci de Carraria Padua; &c. inclyti gubernatoris & Ducis deuotus & fidelissimus vester Phi- lippus de Pergamo; &c. Cum proposuissim in corde meo; &c. Posterioris vero commentarij in Catonis disticha metra princi- pium est: generosa indolis adolefcetulo Petro de Salutiis Rober- tus de Euromedio Monachus Clauallis seipsum ad omne offi- cium. Charitas tua postulat.

Post sub annum 1459. adde: vt docet Nicolaus Raschalis Ali- dosius in Elencho Doctorum Bononiensium: Ouidij autem vita quæ præmitti debebat, habetur sub finem, & quidem ab Aldina diuersa.

Ad pag. 47. Leonardi Arétini opera omnia quæ edita quæ non- dum publicata iam pridem summa diligentia conquiri. Vt Cb. Pl. a. libertus de la Mare Senator Diuionensis & breui dabit in lucem præmissa eiusdem doctissimi viri vitæ & eruditorum de eodem variis hinc inde collectis elogiis, atque addita oratione à Ian- notio Manetto conscriptâ, vt significauit litteris ad me Diuione datis, 24. Aprilis anni huius 1652.

Ioannis Hispani Astrologi Epitome rotius Astrologiæ edita est à Ioachimo Helleri Norimbergæ, anno 1548. Messahala quoque ibidem editus est de Elementis & orbibus cælestibus 1549. in 4. cum scripto cuiusdam Hebræi de æris seu interuallis regnorum & de diuersis gentium annis & mensibus. Extat quoque cum Iulij Firmici libris octo Astronomicis Basileæ 1551. in fol. editus Mes- sahalah de ratione circuli & stellarum, & qualiter in hoc sæcu- lo operentur, liber vnus.

De Galeoto Martio Narniensi hæc habet Michaël Neander in Præfatione ad Erotemata linguæ Græcæ, pag. 219. Galeotti Martij de doctrina promiscua liber varia multiplicique eruditione re- fertus. Cuius etiam libros tres de rebus vulgò incognitis cum ali- quando ab Ioanne Brassicano (qui ex Budensi Bibliotheca illôs Matthiæ Regi inscriptos nactus fuerat) excludendos accepisset Oporinus, & quia nullum aliud exemplar extate videbatur, Phi- lippo Becchio optimo atque doctissimo Iuueni describendos de- disset: priusquam typis committerentur, Itali cuiusdam Bibliopo- læ fraude interceptos perisse non semel idque meritò conquestus est. Hæc ille, ex quibus intelligas quam gratiam eruditi omnes

D D D d



habitu fuit Bibliotheca Regis Christianissimi, quae postea desperatum illum thesaurum post tot annos luci restitueret, quae iam pluribus annis dignus est habitus. Libri autem eiusdem Auctoris duo de homine & eius partibus necnon doctrina promiscua prodierunt Basileae typis Frobenii excusa, & Florentiae apud Torrentinum, anno 1548. in 8.

Pag. 49. Ethici Cosmographica quaedam edita sunt à Iosia Simlero mendis quam pluribus deformata. Nos excusa cum membranis conferemus.

Fr. Oderici de Foroiulij, seu Odorici de Portu Naonis, Ord. Minorum, Itinerarium emisit in lucem R. P. Ioannes Bollandus Tomo I. de vitis Sanctorum ad diem 14. mensis Ianuarij.

Ad pag. 50. Petri Aponensis differentia Philosophica & Medica in compendium redacta opera Gr. Horstij prodierunt Giesae Hessorum, 1615. in 4. libro titulus est, Conciliator enucleatus. Vide & Mesur opera apud Iuntas Venetijs, 1581. Commentarius eiusdem Petri Patavini in Aristotelis Problemata excusus fuit alijs Parisijs anno 1520. in fol. apud Ioannem Paruum. De Aqua Poretta prater quaestionem Menghi Blanchelli Fauentini vidi Bumerium de Bauerijs de Porrette balneo, & alijs cum collectione Auctorum de Balneis, Venetijs, in folio apud Iuntas anno 1553.

In Monasterio Longipontis Ordinis Cisterciensis Diocesis Suesionensis inter ceteros seruabantur hi codices Mss. vt didici ex indiculo ante complures annos scripto manu viri perquam eruditi.

Petrus Capuanus. Sermones Balduini, eiusdemque de commendatione fidei. Sermones Petri Manducatoris. Philippus Cancellarius in Psalterium. Homilia Ioannis de Abbatisuilla. Aelredus super onera Isaia, eiusdemque speculum Charitatis. Arnoldi de Borsfonte Sermones. Diadema Monachorum. Verbum abbreviatum Petri Cantoris. Prognosticon Iuliani Toletani. Sermones Odonis Abbatis de Morimundo & tractatus eiusdem de tribus Hierarchiis. Chromatius Episcopus de octo Beatitudinibus. Claudianus de statu animae. Epistola ad quemdam sapientem. Epistola Prosperi & Hilarii ad Augustinum. Errores Abailardi & Giliberti Episcopi Pictauensis & auctoritates Patrum aduersus eos. Oratio sancti Audoeni contra tonitruum. Epistolarum B. Pauli expositio tribus voluminibus, quam V. Beda ex libris S. Augustini collegit. Methodius de fine saeculi. Alexander & Didymus de Philosophia. Liber eiusdem



de falsariis scripturarum. Epistola de natura corporis humani. Berengerus super Apocalypsim. Sermo Achardi super, Ductus est in desertum. Miraculum de Theophilo. Apologericus Bernardi. Liber Pastoris nuntij pœnitentiæ. Sententiæ cuiusdam de prædestinatione & reprobatione. Remigii Altissiodorensis de Missa. Idem de Ecclesiasticis indumentis & de prodigo. Passio sancti Thomæ Cantuariensis abbreviata. Glossula super Prologos Hieronymi & super quasdam sententias vtriusque Testamenti. Guibertus Abbas de Incarnatione Domini contra Iudæos, & Iudaizantes, ad Bernardum Decanum Sueffionensem.

Cantor de Consiliis cum duobus Pœnitentialibus M. Bartholomæi Exoniensis Episcopi & Roberti Canonici sancti Victoris. Summa Guillelmi Altissiodorensis. Sententiæ Petri Lombardi. Quæstiones M. Martini, & expositio super, Quicumque vult saluus esse. Quæstiones fratris Henrici. Inuentio corporum SS. Geruasij & Protasij cum Meditationibus Hugonis. Robertus super Apocalypsim. Miracula B. Virginis. Psalmus David, qui non habetur in Psalterio. Ecclesiastes glossatus, cui præmittuntur Epistolæ Canonica. Tractatus de excellentia Euangelij. Interpretationes quorundam nominum Hebraicorum secundum ordinem Alphabeti. Pars vitæ Mariæ Aegyptiacæ. Sermo de eo quod scriptum est, Memento Creatoris tui. Epistola S. Bernardi ad Præmonstratenses. Abbreviatio Petri Cantoris super Decreta Gratiani. Historiæ Manducatoris.

Herueus super Isaiam. Radulfus super Leviticum. Versus de Sacramento altaris. Rabanus in libros Regum. Purgatorium sancti Patricij. Expositio imperfecta in Matthæum, cuius Auctor ignoratur. Stephanus Cantuariensis Episcopus in duodecim Prophetas.

Homiliæ Adami Episcopi Siluanectensis, Homilia vna de duobus Discipulis in Emmaus. Petri Damiani liber gratissimus. Amalarius de Diuinis officiis. Visio Petri Abbatis Igniacensis. Paulus Orosius contra Paganos. Vita Caroli Regis Francorum. Abbas Tuitiensis in Cantica. Interpretationes nouæ nominum Hebraicorum. Fulbertus Carnotensis super, Mistr Herodes. Richardus de Patriarchis & de mystico somnio Nabuchodonosor.

Passionarius primus in quo continentur vitæ & passionες sanctorum à Natiuitate Domini ad viii. Idus Februarij. ii. à Kalendis Ianuarij, ad vii. Kal. Martij. iiii. à quarto Calendas Martij, ad quartum Calendas Aprilis. iv. à quarto Nonas Aprilis ad duodecimum Calendas Augusti. v. à tertio Calendas Aprilis.

DDDDd ij



lis, ad tertium Calendas Augusti. vi. à pridie Calendas Augusti usque ad finem eiusdem. vii. à Calendis Septembris, usque ad sextum Idus Octobris. viii. à septimo Idus Octobris, usque ad decimum quartum Calendas Decembris. ix. à decimo tertio Calendas Decembris, usque ad Natale Domini. Vitæ Confessionum ab Idibus Maii usque ad Inventionem S. Crucis.

Pannormia Iuonis. Tractatus Algeri Leodiensis de corpore & sanguine Domini. Reversio siue poenitentia Mariæ neptis Abraham Eremitæ. Papias tribus voluminibus. Liber deflorationum, in quo præmittitur Introitus, ubi agitur de distinctione & sensibus Sacrae Scripturae. Richardi Excerptiones de origine artium, de situ terrarum, & de cursu Historiarum & de Allegoriis & Tropologiis Scripturarum.

Seneca sex volumina. S. Augustini quadraginta ad minus volumina. Ambrosii, Chrysostomi, Bedæ plurima volumina.

Titulus tabulae librorum exornabatur hoc Tetrasticho.

*Fratribus hic pando rescripta volumina, quando*

*Qui non nouerunt, per me cognoscere quærunt.*

*Nomina distinguo librorum, postloca pingo,*

*Et quis in his ordo sit, noscere, quando legor, do.*

Oratio habita in Synodo Argentinensi in præsentia Episcopi & Cleri, anno 1482. feria quinta post Dominicam, Qualimodo, per Doctorem Ioannem Griler de Keisersberg. Item, sermo factus per Magistrum Iacobum Laudensem Episcopum, & Apostolici Palatii Magistrum super condemnatione Hieronymi de Praga hæretici in Constantiensi Concilio, 1416. die 30. Maii, cum sermone incerti in Euangelium seu parabolam de seminante semen suum, & Epistola quadam Concilii Basileensis, anno 1433. necnon Concilij Constantiensis, anno 1415. *Ex volumine 651. Miscellaneorum CC. FF. Putanorum.* Sunt & alia quamplurima in celeberrimis illis nostratis vniuersæ Historiæ Promptuariis, quæ angustis huiusce Supplementi X. cancellis nequeunt coerceri.

Extabant porro apud HENRICVM SVAREM Auenione, anno 1646. In codd. Mss.

Anonymi liber de qualitate cælestis patriæ in 4.

Vita B. Petri de Luxemburgo edita ab Auctore ipsi coætaneo sedente adhuc Clemente vii. in 4.

Commentarii in Epistolam S. Augustini ad . . . quibus ostenditur ipsam maximè quadrare illis temporibus schismatis: Incipiunt: Nota, Lector, dictam Epistolam maximè applicandam in his, quæ facta fuerunt Pisis, ubi Episcoporum Episcopus absens &



inauditus condemnatus fuit, in fol.

Primus Tractatus compilatus Auenione per Fr. Nicolaum Aymerici S. Theologiae Doctorem, Ord. Prædicatorum, ad mandatum sanctissimi D. N. Papæ Clementis VII. anno 1378. secundus Tractatus, vtrum Papa possit vel debeat Papatui renunciare compilatus ad mandatum Domini Benedicti XIII. in fol.

Martyrologium Galliae Christianæ cum Observationibus eruditissimis.

Sanctoralis Fr. Bernardi Guidonis, Episcopi Lodeuensis, volumina duo. I. Martyrum. II. Confessorum & Virginum: eiusdem Chronicon Pontificum, & Chronicon Imperatorum.

Statuta ciuitatis Auenionensis, quo tempore sui iuris erat: Item constitutiones variorum Regum Siciliae, & aliorum Principum, fol.

Gesta Mss. Conciliorum: Narbonensis per D. P., Narbonensem Archiepiscopum: Biterrensis per D. G... Archiepiscopum Narbonensem: Valentini per D. P... Albanensem Episcopum & H... sanctæ Sabinæ Presbyterum Cardinalem: Biterrensis per D. Simonem sanctæ Cæcilie Presbyterum Cardinalem: Albienensis per D. Luen Auenionensem Episcopum Apostolicæ sedis Legatum: Montispeffulani per Iacobum Narbonensem Archiepiscopum: Biterrensis per D. Tornacensem Episcopum: Tolosanensis: Auenionensis, anno 1209. Auenionensis sub Galberto Archiepiscopo Arelatensi 1326. Auenionensis item sub Galberto 1337. Auenionensis Petro de saxo (forte Fuxq) & Alano Cardinalibus Apostolicæ sedis Legatis.

Varij Episcoporum Catalogi.

Tractatus Magistri Arnaldi de Villanova Papæ Physici, magnique Theologi, pro ordine Cartusiensium, super esu carniū.

Tractatus de schismate Clementis VII. cuiusdam Monachi eruditi hoc titulo: Liber de iudicio veritatis contra Bartholomæum, &c. Item Carmen de eodem schismate.

Supplementum M. Verneronis.

Chronica Abbreviata.

Vitæ SS. Mss. S. Pauli Narbonensis, S. Quinidij Vasionensis, S. Martini de vlmis, S. Rusticulæ, SS. Petronii & Marcelli, S. Benedicti de Ponte, S. Pontij Abbatis, S. Andrea, SS. Magni & Agricolæ, S. Ruffi, S. Roberti, &c.

Clavis sapientiæ liber Chymicus: Item Mariæ Prophetissæ practica: Almanforis anatomia, & de plantis.

Expositiones in Psalmos Domini Ioannis à Laurentiis I. V. Doctoris.

EEEEe



Alciati, Ripæ, Parisii, & aliorum ICC. Consilia varia: & Æmiliij Ferretti opera.

Orationes habitæ in collatione insignium Patauij ab Anonymo.

Inuentarium librorum, qui olim extabant in Bibliotheca S. Martialis. Verum iis omisissis veniamus tandem.

*Ad Coronidem Poëticam.*

Pag. 55. De Parabolis, Alani de Insulis liber, Carmine Elegiaco scriptus, postquam hæc primùm fuerant excusa, meas venit in manus iam pridem typis commissus.

Ad pag. 59. M. Guālfredus, quem Grammaticum appellat Ioannes Balæus, asseritque vixisse sub Henrico VII. Anglorum Rege, hoc est circa annum 1490. carmen suum dicauit Summo Pontifici Innocentio VIII. quod incipit.

Papa Stupor mundi, si dixerō Papa Nocenti,  
Acephalum, &c. Definit:

Flebilis & sit ei melius ratione potentis.

Herici versus editi sunt, anno 1543. del. 1540.

Ad pag. 62. De opere Prosometrico Iacobi Caietani de Stephanischi Diaconi Cardinalis in tres partes distincto cum Responsorio & duabus Antiphonis in honorem S. Petri de Murro-ne seu Calestini V. Papæ ab eodem conscriptis consule, quæ, dicta sunt, pag. 236. in Appendice ad Supplementum Quintum.

Matthæi Vindocinensis Abbatis Tobias metrificatus sapius iam olim editus est.

Pag. 66. Memoriale Medicaminum ex codice Thuanæ Bibliothecæ 435. & de Balneis versus cuiusdam Anonymi ex, codicibus Puteano & 1001. II. Partis Bibliothecæ Regiæ.

Iis addi poterunt Guillelmi Apulienſis rerum in Italia ac regno Neapolitano Normannicarum libri quinque Rothomagi editi, anno 1582. & Lodoico Balliolo Lonleij & Sylleij Cœnobiarchæ dicati à Ioanne Tiremæo Hauteureo Fiscii in Prouincia Rothomogenſi Patrono, necnon Petri de Blarrioriuo insignis Nanceidos opus, siue de bello Nanceiano libri sex versibus conscripti, & anno 1476. in D. Nicolai pago celebri Lotharingiæ excusi.

*Ad Speciminis Græcarum Lectionum Partem Primam Historicam & Chronicam.*

Præter ea quæ singulis fermè paginis ex Bibliothecâ Naudræ-nâ adduximus, placet hæc quoque additamenti loco *à la fin* *empuante*



sequentibus obseruatiunculis præfigere.

Petri Arcudij Laudatio Gregorij XIII. Romani Pontificis in codice 55. In 42. Puerilis narratio animalium quadrupedium.

Incipit: Διήγησις παιδὶ φεγγῆτος. Desinit: Διέμεινεν εἰς πάντα τοὺς αἰῶνας.

Photii Patriarchæ Constantinopolitani collectio de Episcopis & Metropolitibus. Incipit: ἐν πῶς φαίνονται πᾶσι τοῖς οἰκουμενικοῖς. Desinit: Ἰγνώπῃς ἐξέτατο. Sequitur de Episcopis in alias & nobiliores sedes translatis. Incipit: ὁ μέγας Εὐστάθιος. Desinit in Germano qui ex Adrianopolitana translatus est in sedem Constantinopolitana. Cod. 57.

Sancti Ephrem encomium sancti Basilij. Incipit: κλινάτῃ μοι τῶν ἀποστόλων ἀδελφοί. Desinit: ἀνεκγίνισον τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Cod. 60.

Duo Tractatus 1. aduersus Macedonium initio mutilus, alter aduersus Eutychem. Incipit: πῶς ἔν τοι μωσὶ πνεύ. Desinit: ὅς πάντε πνέοντες. Cod. 61.

Procopij Casariensis de Edificijs Iustiniani Imperatoris Incipit: ἐκ ἀρετῆς. Desinit ἀμύχανον εἶναι. Cod. 62.

Meletij Monachi de homine. Incipit: τὰ ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ. Cod. 63.

Sancti Cyrilli Patriarchæ Alexandrini de animalium proprietatibus & plantarum. Incipit: Αἵματος ἔργον ἡ δημιουργία λόγου. Desinit: ἡ δημιουργία καὶ σοφία πατρὸς. Cod. 64.

Synodus in quercu contra S. Ioannem Chrysostomum & Innocentij Papæ I. Epistola ad Arcadium Imperatorem, cum alijs. Codd. 66. & 68. In 71. verò continetur Methodij Patarenis Episcopi Symposion decem Virginum, quod in alijs quoque Bibliothecis occurrit.

Pag. 71. Cum Apollonii Tyri Historia iungenda Callisthinis, ut dicitur, Historia de rebus Alexandri Magni.

Ioannis Clerici de capta Thessalonica, narratio incipit: ὡς ἀρτί-πῃ τῶν ἀγαθῶν ἡ φιλοπορία. In fine mutila est.

Pag. 73. Encomium Georgij seu, potius Matthæi Camariotæ.

Clementis vita incipit: πέτεται τῆς Ρωμαίων ἐκκλησίας πρεσβυτέρῳ Κλήμει. Desinit: καὶ διαμένει αὐτὸς ὁ ἱερεὺς εἰς αἰῶνα. Ignatij verò incipit: ἀρτί-πῃ αἰνῶν τῶν ῥωμαίων. Desinit: καὶ τοῦ καὶ θεοῦ ἐπιμένει.

Pag. 74. Nicephori Blemmidæ laudatio incipit: Εὐαγγελιστῆς Θεολόγος πρεσβυτέρῳ. Desinit: ἀγαθῶν ἀπολαύσειν καὶ αὐτῷ Χριστῷ. Georgij verò Decapolitæ narratio incipit: ὁ κρατηγὸς Νικόλαος λεγόμενος Ἰουδαῖς. Desinit: ἐν ἀφέσει ἀμαρτιῶν ἡμῶν.

In Catalogis Bibliothecarum Cardinalis Sfortiæ & Monasterij Cryptæ Ferratæ prope Romam, qui penes me sunt integri

EEEc ij



ingentem planè copiam reperimus Vitarum, Passionum, Elogiorum, Martyriorum, βίαν, ἀθλήσεων, πλιτεϊών, μαρτυρίαν, &c. quæ cum pluribus aliis, Deo bene iuvante, exhibebimus in altera Decade nostrorum Supplementorum.

*Ad partem II. Biblicam & Theologicam.*

Pag. 77. & 78. Catena in Pentateuchon contexta est ex variis testimoniis Basilij, Chrysostomi, Theodori, Seueri Gabalensis, Acacij, Cesarientis, Diodori, Gennadij CP. Theodoreri, Apollinaris, Ephraimi, Theophili Alexandrini, Eusebij Emisēni, Hippolyti Portuensis, Serapionis Thmuenſis, Didymi, Philonis Hebraei, & aliorum.

Catena in libros Regum ex Cyrillo, Theodoreto, Diodoro, Origēne, Symmacho, Hesychio, Didymo, Eusebio, Seuerio Antiocheno, Epiphanio, Gregorio Nysseno, &c.

Catena in Psalmos ex Arera, Athanasio, Basilio, Cyrillo, Didymo, Diodoro, Eulogio, Eusebio, Gregorio Nysseno, Hesychio, Chrysostomo, Origēne, Theodoro, Theodoreto.

Est etiam in codice Regio 1798. Euthymii Zygabeni Commentarius in Psalmos.

Pag. 79. Anonymi Commentarius in Matthæum in codice Nau-dreano incipit: βίβλος γενέσθης ἐστὶ τῷ γενομένου ἐν σπέρματι Δαβίδ. Desinit: ἐπὶ τῷ. Electa vero moralia ex SS. Patribus in idem Euangelium incipiunt: βασιλεὺς ἐξαήμερος. Desinunt: μαρτυρεῖται ὅτι ἀπὸν τὸτο.

Pag. 84. Eustratii Presbyteri CP. Liber sine mutilus sic incipit: Σολομὼν ὁ σοφὸς ὁ τῷ Περιήτε καὶ βασιλεὺς Δαβίδ.

Pag. Pag. 86. Conspectum Nouæ editionis Græcæ & Latine omnium operum sancti Ioannis Damasceni Presbyteri & Monachi in quatuor Tomos distributorum exhibuimus ab vno alteroue mense Lectoribus Antiquitatis Ecclesiasticæ studiosis Indagatoribus, ac typis elegantibus Sebastiani & Gabriëlis Fratrum Cramoisyorum vulgauimus dispergendum per omnes Europæ Prouincias, vt si quid ex quamplurimis sanctissimi illius Doctoris opusculis hætenus incognitum fuit, illud nobis Eruditorum Virorum operâ atque indicio innotescat. Tres Tomos dictâ paginâ 86. duntaxat polliciti eramus, verum re postmodum penſiculatiùs examinata Quartum aliis addendum esse iure merito censuimus.

Seq. pag. Manuelis Chryſoloræ opusculum incipit: Παλαιὸς γενέσθων ὁ μακάριος Πάυλος. Desinit: ἀρχαῖας ἀνθρώπου εὐρηται βιβλαιομένη. Seq.



Pag. 88. De sanctissimo Abbate ac Martyre Maximo, eiusque operibus plurima dici possent, si per otium liceret in singulis immorari. Ne quis tamen per contemptum aut negligentiam prætermisum à nobis existimare possit celeberrimum illum Catholicæ veritatis Vindicem, qui in Castello Alanis obiit die 13. Augusti anno Christi 657. præter ea quæ Possevinus noster exhibuit ex tribus Mss. Vaticanæ Bibliothecæ & ex nonnullis Bavaricæ, Angustanæ, aliarumque codicibus, ex Photii *supra* p. 10. commentibus 191. 192. 193. 194. 195. Tomo octavo Annalium Ecclesiasticorum Casaris Cardinalis Baronii cui subnectitur disputatio cum Pyrrho aliisque qui de vna voluntate in Christo novum inueixerant dogma Græcè ac Latine à nostro Francisco Turriano edita, ex bibliotheca SS. PP. Margarini Bignæi, & observationum Sacrarum Iacobi Billii Prunæi libro primo capitibus 12. & 17. aliisque, paucula hic subiiciam ex codice 127. Bibliothecæ Sfortianæ qui Posseuino ignotus omnino fuisse videtur, cum in classe Theologorum ultra 116. aut 122. non progrediatur. In quo volumine operum sancti Maximi hæc habebantur: Responsiones sexaginta quinque de locis Scripturæ ad Thalassium Presbyterum, liber de duabus naturis Christi contra Arium, Nestorium, Sabelium & Eutychem. Ad Iordanem Presbyterum, quod anima post mortem operationem habeat intellectualem: Ad Abbatissam quæ recesserat à vita Monastica, & egit pœnitentiam. Expositio in Orationem Dominicam. De tristitia secundum Deum. Epistola longa de desiderio Spirituali ad Thalassium Presbyterum. Ad Georgium Præfectum qui nauigauerat Constantinopolim. Ad Pyrrhum Presbyterum Epistola. Ad Iordanem Cubicularium de rectis Ecclesiæ dogmatibus & contra Seuerum. Expositio rectæ confessionis. De eadem re Tractatus. Quomodo oporteat intelligere quod est in Epistola Cyrilli ad Succensum, & quod non repugnet dicere duas naturas & vnâ naturam incarnatam. Capita plura contra Nestorium & Seuerum. Ad Cosmum Diaconum Alexandria de substantia & hypostasi. In difficiles quosdam locos Dionysij & Gregorii expositio. Ad Ioannem Episcopum Cyzici Epistola. Maximi eiusdem Theoriæ siue mysticæ explanationes de transitu maris rubri, de ascensu Moysis in montem, de Iesu Naue Ducis transitu Iordanis, de Hiericho & septemplici circuitu eius, de Tyro & rege eius, in illud: Pater meus & Mater mea dereliquerunt me, in visionem Elie in spelunca Choreb, de separante domum immundam iuxta ritum Legis Moisaicæ, de Elia & vidua Sareptana, in Transfigurationem

FFFFF



Domini, de lege naturali & scripta & de consonantia earum, de quinque modis naturalis contemplationis, de Melchisedecho, de Abraham & Moyse, quomodo sint imitandi Sancti ante legem & post legem & de lege naturali & scripta, & de eo qui incidit in latrones, de transgressione Adæ. Multa eiusdem Maximi opuscula recenset idem Possevinus pag. 30. & 31. Appendicis ad Apparatum Sacrum in Catalogo librorum Græcæ manuscriptorum, quos Franciscus Turrianus Theologus Societatis Iesv antequam eidem Societati nomen dedisset, hinc inde præsertim è magnâ Græciâ conquissierat, & in eandem Societatem Romæ illatos, plures Latinitate donavit, qui extant in tribus postremis Tomis Antiquæ Læctionis Henrici Canisij. Quæ verò in Bibliothecæ Regiæ ditissima gazâ, aliisque pluribus Bibliothecis continentur, sparsim inseruimus septimo nostro ac præcedentibus Supplementis, ut ex Indice subiecto quivis facile poterit dignoscere; plura quoque in altera Supplementorum Decade Deo dante subministrabimus ex Catalogis Barberinæ, Seguerianæ, Sfortianæ, Cryptæ ferratensis, similiumque nobilissimarum Bibliothecarum.

Ad pag. 89. linea tertia: cum eiusdem Historiæ libris 28. 29. 30. & initio 31. Deinde pro Chamata scribe Chamaëta. Tum Nili, fortean Nicolai Cabasila. Nihil tamen mutandum, nam pag. 136. mentio habetur Nili Thessalonicensis Archiepiscopi cui Nicolaus Cabasilas Epitaphium scripsit.

Pag. 95. initio scribe, Nili ex Præfecto CP. Monachi. Tum, Vidi & opusculum eiusdem sancti Nili, &c. seq. pag. Enehiridion pœnitentiale incipit: ὁ ἐκείστος φονεύσας ἑχέει ἐπιτημῆν. Desinit: ἀφ' ἧς πλὴν πλὴν μελέμματα. Horologium Monasticum incipit: ἐπαύρις πειθείας οἱ ἄνθρωποι γίνονται. Desinit: ἀλλὰ καὶ λίαν διαβολῆς. Instructio verò vitæ Monastica hoc principio exorsa, Πῶς τὸν μὲν εἰδὼτα, in hæc verba desinit: καὶ οὕτως ἀναγνώσκει.

*Ad tertiam partem Epistolicam & Diplomaticam.*

Adelgeri Episcopi ad Honsudam reclusam Epistola in hanc sententiam temerè admilla ad primam speciminis nostri partem reuocari debet cum quibusdam fortè aliis.

Pag. 100. Iamblichij responsio Abamonis nomine ad Epistolam Porphyrij incipit in codice Naudæano: Θεὸς ὁ τῶν λόγων ἀρχὴν: desinit verò, τῆς ἐμοδοτικῆς φύσεως τῆς πρὸς ἀλλήλους.



*Ad quartam partem Technicam & Philologicam.*

Ad pag. 110. obseruet velim Lector Grammatices Græca Studiosus, opera & studio V. C. Leonis Allatij Romæ apud Mascardum anno 1643. prodiisse Tiberium Sophistam, Herodianum, Lesbinaetum Romanum, Michaëlem Apostolium, & alios de Figuris Grammaticis Græcè & Latine: quæ tamen opuscula nondum mihi videre contigit.

Pag. 113. Ioannis Itali expositiones incipiunt: Πολλοὶ μὲν πολλὰ καὶ τῶν ἀρχαίων. Desinunt, πῶς ὡς δεικνύται. Pag. seq. sub medium adde: In eodem codice Regio 547. Neophyti Monachi diuisiones πᾶσις ὑψιμέδου φιλοσοφίας.

Pag. 115. Syriani Philoxeni commentarius incipit: Βῦ τῃ μαζο-  
γιὰ τῆς παρῶν σκέψης. Desinit: τὰ ληθέστερα καὶ θεωριέστερα. Ibidem sub finem obserua Theonis Smyrnæi Platonici eorum quæ in Mathematicis ad Platonis lectionem vtilia sunt, expositionem è Bibliothecâ Thuanâ editam Græcè, Latina versione acnotis eruditissimis illustratam à V. C. Ismaële Bullialdo Iuliodunensi prodiisse in hac Parisiensi Ciuitate anno 1644. in 4. apud Ludouicum de Heuqueuille sub signo Pacis.

Multa iis, quæ de Mathematicis & Astrologis diximus sectionibus quarta & quinta, adiungenda essent atque interpolanda, sed tædet in minutis istis persequendis ac scrupulosius recensendis tempus operamque ludere. Cùm ad secundam editionem venerimus singula retractandi facultas otiumque, vt spero, non deerit. Vide interim quæ de Mathematicarum Disciplinarum variis Scriptoribus in lucem dederunt. Iosephus Blancanus post loca Mathematica Aristotelis, Hugo Sempilius Craighabitus Scotus ad calcem librorum duodecim de Mathematicis disciplinis & nuperrimè Gerardus Ioannes Vossius.

Pag. 128. Aristotelis Liber de Pomo editus fuit anno 1496. Veneriis, cum quibusdam aliis eiusdem Maximi Philosophorum Principis opusculis suppositiis. Pag. seq. pro Demetrii Physica, lege Democriti, & pro Chymicæ Artis deditis, lege Arti. Illud porro subrogatum Democrito opusculum in codice Naudæano 51. Incipit: ἐλὼν εἰς λίτρας μίαν. Desinit: ἔρρωθεν ἐν παντὶ τῇ γεω-  
φῇ. Scholia verò Synesij incipiunt τῆς περὶ θέσεως μοι ἐπιστολῆς παρὰ σοῦ. Desinunt: λέγειται καὶ τὸ ἀρσενικόν.

Pag. 131. Adde Theodori Hermopolitæ Eclogas Basilicorum cum interpretatione in decem libros diuisas in codice Regio 549. Sunt & quædam alia ad Ius Græco-Romanum spectantia in



Codicibus Naudæanis 65. & 76. quæ aliàs non omittentur.

*Ad Coronidem Poëticam.*

Pag. 133. Ex ciderunt Constantini Philosophi Siculi versus de naufragio parentis & fratrum. Quod verò attinet ad Cyrilli Alexandrini versus de natura animalium & plantarum iidem habentur in codice Naudæano 64. vt paullo ante monuimus.

*Ad Supplementum primum.*

In Tomis compluribus Rerum Germanicarum non dubito, quin aliqua recusa sint opuscula eorum Historicorum, quos Henricus Canisius è tenebris erutos primum, & post eum Petrus Streuartius, vulgauerant. Si quæ ex iis scitè propriis inserta locis animaduertimus, ab eorum iterandâ editione prorsus abstinemus.

Pag. 153. Concilia tria Salisburgensia lege, abrogatis Comitibus.

Pag. 155. De Ioanne Damasceno. Vide Conspectum nouæ editionis Græcæ & Latinæ omnium eius operum.

Pag. 160. Lutetiæ Lege, pro Lutetiæ, & editæ pro edite. Seq. pag. cuius numerum in titulo 161. pro 159. reponere non graueris, & oscitantis Typothetæ supplere supinam in his & quibusdam aliis negligentiam.

Pag. 161. linea 6. cum breui quoque fragmento, &c.

Pag. 164. lin. 2. habeant in numerato Scriptores non contemnendos.

*Ad Supplementum secundum.*

Postquam typis Supplementum illud fuisset mandatum, venit in manus meas alterum exemplar Catalogi librorum Mss. Scipionis Tettii in quibusdam auctius eo, quem in lucem asseruimus, vt ex subiectis additiunculis quiuis facili negotio discet.

M. Iunij Hypsi de mensuris agtorum liber.

Ildefonsus de Scriptoribus Ecclesiasticis & Isidorus.

Porphyrij Paneg. Constantino Cæsari dictus carmine.

Vitruuij Ruffi ex Epaphrodito Architectonica.

Eugraphij commentarius in Terentium cum Veteri Calendario.

Æneæ Medici de pulsibus & *ἡσυχία*.

Agathie Historiarum libri quinque in Vat. Carp. & apud Farnesium.

Alypij



Alypij Harmonica Ifagoge.  
 Antiochi thesauri apotelesmatum cum aliis multis in Car-  
 penfi Bibliothecâ.  
 Aristida Quintiliani Harmonicon libri tres.  
 Arriani Parthica, Bithyniaca, Alanica quæ post Alexandrum,  
 Amphilochoj Theologi opera.  
 Pag. 169. Lege Africani cesti, non xesti.  
 Casarij liber.  
 Chirurgicorum libri duo collecti à Magno.  
 Chrysestiomi opera omnia in Vaticana.  
 Eunomii Cyziceni liber apud Card. Sirlerum.  
 Georgij Pisida Cosmopœa Iambicis tribus millibus,  
 Gregorij Thaumaturgi opera in Vaticana.  
 Heraclidis, scripsimus Heraclyti, apotelesmata.  
 Herotiani seu potius Erotiani Lexicon vocum Hippocratis  
 per alphabetum in Vaticana & Carpenfi.  
 Hieroclis in Pythagoræ vel Philolai aurea carmina, &c.  
 Hipparchi Hicari, diximus Nicari.  
 Ioannis Antiochenensis de coniurationibus.  
 Marcelli Sidetæ de piscibus liber vnus carmine.  
 Procli Canones manuales.  
 Synopsis schematum Hermogenis.  
 Theophanis Byzantii Historiarum libri sex in Vaticana.  
 Theodori Alanix Ethica, tomis decem, in eadem.  
 Vaccari vel Bacchii senis Ifagoge harmonica in Carpenfi &  
 aliis.  
 Zosimi, Atchelai, Synesij, Theophrasti, Hostanis, Heliodori,  
 Satyri, Hierothei, Pelagij, Pselli, Stephani, & aliorum libri de  
 Arte sacra falsi ac supposititii saltem plerique omnes.

*Ad Supplementum quartum.*

Pidi manu V. C. Nicolai Rigaltij, in Supremo Mediomatricum Senatû  
 Consiliarij, scriptum schedio'um, ex quo hæc quæ sequuntur, in Bibliotheca  
 Hispanica S. Laurentii latere didici. in ijs  
 Cyrus Theodorus Prodromus in Psalmos.  
 Damascius Stoicus de primis principiis.  
 Hermias in Phædrum Platonis.  
 Eumolpus Phile in quatuor Orationes Gregorij Nazianzeni.  
 Orionis Grammatici ἐπὶ ἐπιμυχορίας.  
 Eustathius Antiochenus in Hexaemeron.  
 Ioannes Tzetzes in Homeri Iliadem.

GGGgg



- Palladius in Hippocratem. Incipit, *Ἀπὸ τοῦ μεθόδου, &c.*  
 Demetrius Cydonius de processione Spiritus sancti.  
 Photii Patriarchæ Constantinopolitani Epistolæ xlviii.  
 Briennius de gestis Alexii Comneni.  
 Nicephorus Blemmydes *εἰς τὴν ἀποκρίσιν Δαῖδα τὴν Λάσπεριν.*  
 Glossæ in Aristidis Panathenaicum.  
 Alexii Aristini Expositiones Canonum.  
 Andronicus Peripateticus de virtute.  
 Menegaldi vel Menengardi Historia Ecclesiastica.  
 Theophylactus in Canonicas Epistolas.  
 Matthæi Blastaræ collectio Canonum.  
 Euthenij seu Eutechnij Sophistæ Paraphrasis in Nicandrum.  
 Demetrii Chalcedonii in Parabolas Salomonis.  
 Polychronius Diaconus in Ecclesiastem.  
 Apollodori Mechanica.  
 Ælius Promotus, Alexandrinus Medicus, de usu Partium corporis humani.  
 Anastasii Episcopi de rectis apud nos veritatis dogmatibus sermones tres. Item sermo, Quum ad sedem rediret. In S. Nicolaum Episcopum. In Decollationem S. Ioannis. In Annunciationem Virginis. In Dominicam Palmarum.  
 VVillelmus Lindanus ex codicibus Regiis in Scoriaco fauente Philippo II. Rege Catholico descripsit, anno 1579. Septembris, 16. Catalogum codicum Mss. quem edidit Antonius Posseuinus noster ad calcem Apparatus Sacri cum pluribus aliis hinc inde magna diligentia collectis Bibliothecarum variarum Indicibus. Hunc ego contuli cum exemplari manuscripto, in quo præcedit qui apud Posseuinum dicitur index copiosior, à quo etiam scribendi faciam initium.  
 Ioannis Eubotas oratio historica in Christi natiuitatem. In editis à Posseuino pag. 129. dicitur Ioannes Eubæi.  
 Ioannis Monachi Paraphrasis sacri Symboli. Posseuino Metaphrasis dicitur.  
 Practica sextæ Synodi. Apud Posseuinum Acta.  
 Cosmæ in Canones Dominici Patriarchæ. Poss. Domini.  
 Variæ horum duorum, & aliorum Homilia.  
 P. de Ecclesiastica Hierarchia: quæ à Posseuino sic vulgata sunt. Eiusdem de cælesti & Ecclesiastica Ierarchia.  
 Ioannis Argyropyli in Papam Nicolaum.  
 Sic paulo ante, Plz... contra Latinos de processione Spiritus sancti & alij Schismatici plurimi, infra Ioan. Mosch.



Nicolaus Methonenlis. Posseuino Methoneus.

Ex practicis contra S. Octauæ Synodi sic habet Mss. & paulò post.

Nicephori Xanthopuli Collectanea ex Historia Ecclesiastica Theodori Lectoris. Sic enim connectenda quæ apud Posseuinum seiuncta sunt.

Photii Patriarchæ contra Latinos.

Photij Patriarchæ epitome ex Historiis Ecclesiasticis Philo, hoc est, ni fallor, Philostorgij Deo exosi illius Ariani.

Post Hermiæ Salamunij H. E. Theodoreti Philotheos siue Ascetica.

Gregorij Cyprij CP. Legit Posseuinus Constantia, in S. Martyrem Georgium.

Vita Euphrasij magni. Poss. Euphrasini Magni.

Gerundenis in Iob & frag. commentariorum in Pentateuchum, De Viris Illustriss. pag. 132. scribe Illustribus.

Quæ gesta sunt inter Liberium & Felicem Episcopum, Mendose excusum est Tyberium, & initio pag. 133. Tiberium.

Paulò post Ignatii Archiepiscopi Rhemensis opera. Lege Hincmari. forte scriptum erat Ignari, vt apud Gratianum, aliosque Historia nostra Francicæ ignaros.

Separandum est Georgij Monachi chronicon ab Eusebij Pamphili de laudibus Constantini & de vita.

Michaëlis Haliotæ Chronicon. Apud Poss. Kaliotæ.

Apparatus ad Sacram Scripturam Græcæ Mss. non fungitur vice tituli, vt pag. 127. apud Posseuinum.

Acta octauæ Concilij CP. sub Photio. Mss.

Multa videntur habere rationem tituli in Mss. quæ continentur cum aliis characteris forma excusa sunt, pag. 128.

Chrysostomi epistolæ ad Olympiadem ab exilio.

Epistola ad Eudociam. Excusa habent Eudoxiam.

E. de reconditis quæstionum Abbatis Ecclesiæ Sermones in Mss. exemplari non videtur instar tituli ab aliis distingui.

Cyrilli de sancta Trinitate. Catecheses Illuminatorum. Sic enim distinguenda ex Mss. & fortè repetenda vox Cyrilli, ne quis ad vnum eundemque referat opus vtrumque.

Ioannis Tap. Patriarchæ seu Archiepiscopi CP. de vnitate & pacificatione Ecclesiæ Græcæ & Romanæ.

Habeo quoque Indicem alium librorum aliquot eiusdem Bibliothecæ in Scoriaco per Lindanum exscriptum, qui omnes Auctores Græcæ exhibet, hoc initio.



*Διδασκαλία ἐν διαθήκῃ.*

Θεοδότῃ Στρεβίῳ κατηχητικῇ, &c. quæ alteri, si Deus annuerit, editioni referuantur. Interim pag. 184. scribe, atramento ita fugiente. Et pag. seq. sub finem, nomine Ioannis Minimi, cuius varia capita ad Logicam pertinentia Cosinæ Episcopo Maiuma inscripta commemorantur, non alium intellige à Ioanne nostro Damasceno, qui præ singulari modestia se vocare consuevit *Ἰωάννης τῆς ταπεινῆς μακαρίων ἐκκλησίας*. Pag. quoque 189. legendum arbitror Ioannis Monachi Eubœæ.

*Ad cetera Supplementa.*

Iamdudum nos ad se vocat Coronis Libraria, ad eoque nostri huius speciminis ac Supplementorum finem exposcit. Quare prætermisissis iis, quæ addi possent, nihil aliud quam *σφεινῶν* quædam *πρὸς παρὶν* imposterum annotabo.

Pag. 191. Poliorceticis. 199. Signensis seu Signiensis. Tum regnum celorum. 201. Liber de altercatione animæ & corporis. 206. Propositiones Mag. Petri. 208. Conclusiones, & Armorica. 213. Manuelis Bryenij, & Auerrois. 214. epidemia: & sub nomine Galeni. 219. Nunnescius. 230. Dele Eusebii. A pag. 246. usque ad 260. non ambigo multa itrepisse menda, ut in fine pag. 259. admonui. 272. Calderini. 277. Messahala, 290. Sub finem, Nicetæ. 293. Euagrii. 295. Nathanaëlis Chumni. 300. Paschatum, & Mediolanensium per Pettum. 304. de Venetis victoria. 323. cum commento Ioachimi. 330. d' Antonino. 343. Domitii Calderini 381. linea. 4. ante finem repone: in illud, cæli enarrant gloriam Dei, &c.

Occurrent & alia fortasse Typothetarum aberrantium peccata, quæ Lector benevolus æqui bonique consulet, atque ad Coronidem nostram Librariam alacriter percurrendam toto se pectore comparabit.







SUPPLEMENTORVM  
NOVÆ BIBLIOTHECÆ,  
SIVE

SPECIMINIS  
ANTIQUARVM LECTIONVM,  
CORONIS LIBRARIA.

*Hoc est, Bibliotheca Bibliothecarum & Catalogus Catalogorum, Nomenclatorum, Indicum, Elenchorum, &c. quibus Scriptores in quavis arte ac professione precipui, & libri ferme omnes, partim editi, partim inediti, representantur.*



**A**LDUS Manutius, Romano, ejusque filiis atque heredibus, quantum erudita respublica, & renascentes præsertim Græcæ litteræ debeant, nemò paulò humanior est, qui nesciat. Omnium librorum qui ex hac Aldina officina variis temporibus prodierunt extat, ut audio, Catalogus, sed ubi, & quo anno editus sit, cum in manus meas nondum venerit, prorsus ignoro.

Alfonſus Ciaſſebnus, Ord. Præd. Mſ. habuit Bibliothecam, ubi in qua Auctorum nomina & librorum prænotationes erant, sed eam non edidit, ut monuit Antonius Poſſeuinus initio Apparatus Sacri.

Alexandri Baruerij de Societate Ieſu, Presbyteri studio atque opera prodiit Catalogus præcipuorum Auctorum ineditorum Græcæ Mſ. qui aſſeruantur in Bibliotheca Scorialenſi. Regis Hiſpaniæ.

HHHh h



Quia verò Index ille omnibus fermè eruditus incognitus later post Prolegomena R. P. Baltasaris Corderij ex eadem Societate nostrâ ad sancti Cyrilli Alexandrini homilias XIX. in Ieremiam Prophetam Latinitate donatas & Antuerpiæ in 8. editas anno 1648. atque hæ in nobilissima hac ciuitate Parisiensi nescio quo fato desunt in præcipuis quibusque Bibliothecis, & in officinis librariis vix possunt reperiri, rogatus à nonnullis integrum illum ac nulla sui parte mutilum inter Supplementa Speciminis Antiquarum nostrarum Lectionum Græcarum Latinarumque tertio loco collocaui descriptum *αὐτοῦ χειρὶ* ex codice quem vtendum mihi dedit V. C. Iacobus Puteanus, cui multis nominibus multa me debere numquam non profitebor.

*Alfonsi Garsie*, Matamori, Hispalensis, de viris Hispaniæ doctis narratio Apologetica. Compluti impensis Alfonsi de Xaramillo 1553. in 8.

*Ambrosij Gozzei*, Catalogus virorum ex familia Prædicatorum in litteris insignium. Venetiis in 8. an. 1605. apud Franciscum Barilettum.

*Andreae Quercetani*, siue Duchesnij, Turonensis, Geographi Regii, Bibliotheca Historicorum Galliæ linguâ vernaculâ bis edita est Parisiis in 8. apud Sebastianum Cramoisy, primum anno 1618. tum auctior, atque emendatior, anno 1627.

Eiusdem *Andreae Duchesnij* series Auctorum omnium qui de Francorum historia & rebus Francicis, cum Ecclesiasticis, tum secularibus, scripserunt ab exordio Regni Franciæ ad nostra usque tempora. Lutetiæ Parisiorum sumptibus Sebastiani Cramoisy in folio, anno 1633. tum secundâ editione, anno 1635. Eorum verò scriptorum Francicæ Historiæ, quorum editionem aggressus fuerat Andreas Duchesnius, eius filiique Francisci Duchesnij studio atque opera quinque hætenus Tomi prodierunt, in folio, ex eadem Cramoisiânâ officinâ.

*Andreae Rineti*, Pictonis Galli, atque in Hollandia Caluinianæ sectæ Ministri, extat aliquoties editus in 8. Criticus Sacer, quem ex Bellarmino, Baronio, Posseuino, aliisque Catholicis, atque adeò ex hereticis Roberto Coco, Sculteto, similibusque confarcinavit.

*Andreae Schotti*, Antuerpiani, Soc. IESV Presbyteri, Hispaniæ Bibliotheca Tomis tribus distincta: in I. Hispaniæ religio, Academia, Bibliotheca, Episcopi, Concilia, Reges, &c. II. Elogium Scriptorum veterum, recentium, Theologorum, Religiosorum, Iurisconsultorum, Medicorum, Historicorum, Poeta-



rum. III. Elogia & Nomenclator diuersarum nationum Hispania, Baticorum, Lusitanorum, Carpetanorum, Aragonum ac Valentinorum: In fine Epistolæ compendio se *A. S. Peregrinum* indigetavit, Francofurti, anno 1608. in 4. apud Claudium Marinum & hæredes Ioannis Aubrii. Eodem referre licet Andrea Taxandri Catalogū clarorum Hispania Scriptorum, de quo infra, editum Moguntia in 4. anno 1607. apud Balthasarem Lippium.

Videndi quoque Hispania illustrata Scriptores varii, partim nunc primū editi, partim aucti, atque emendati, ac tomis aliquot diuisi, eiusdem *Andrea Schotti* operā & studio, Francofurti anno 1603. apud Aubrium. In Tomo II. habetur Alfonso Garfi Matamori de Academiis & claris Hispania Scriptoribus liber singularis, de quo etiam seorsim egimus.

Eiusdem Catalogus Catholicorum Sacra Scriptura Interpretum serie librorum Biblicorum Colonia in 4. anno 1618. Bienio ante publici iuris fecerat Indicem Auctorum Romanorum, Externorum, & Medicorum, qui à Caio Plinio in Naturali Historia citantur, & Tabulis rei nummaria Romanorum Græcorumque ad Belgicam, Gallicam, Hispanicam & Italicam Monetam reuocata subiecerat Græcos Latinosque, cum antiquos, tum recentiores, qui de ponderibus, mensuris, & de re Nummaria scripserunt. Antuerpiæ in 8.

Celebratur quoque eiusdem Catalogus Scholasticorum Theologorum seu Interpretum D. Thomæ. Colonia, apud Ioannem Kinchium 1618. in 4.

Idem in Vitis comparatis Aristotelis ac Demosthenis Augustæ Vindelicorum editis, anno 1603. de variis Aristotelicorum operum Interpretibus Græcis Latinisque iudicium vulgavit, quod nostro quoque Syntagmati Philologico de Græcis Aristotelis Interpretibus inseruimus.

*Angelica* Bibliotheca Catalogus Romæ in ædibus Augustinianis. Romæ, anno 1608. apud Stephanum Paulinum.

*Angeli Rothenfis* Bibliotheca ex præcipuis tantum quibusdam & grauioribus Theologis, quos Scripturales vocant, compilata, & studioforum commodo edita. Romæ, anno 1594. in 8. & in 4.

Bibliotheca Apostolica Vaticana à Sixto V. Pontifice Maximo in splendidiorem commodiorēque locum translata, & à *Fratre Angelo Roecha*, à Camerino, Ordinis Eremitarum S. Augustini, commentario variarum artium ac scientiarum materiis curiosis refertissimo illustrata. Romæ anno 1591. in 4. ex Typographia Apostolica Vaticana. Præmisit auctorum quos citat nomina, co-

HHHh h ij



gnomina, origines, monumenta insigniora, & elogia breuiter conscripta atque ex probatissimis Scriptoribus desumpta.

Index librorum *F. Angeli Rothenensis* Episcopi Tagastæ & Apostolici Sacrarij Præfecti, Romæ apud Guillelmum Franchiottum, anno Domini 1611. in 4.

*Antonij Augustini*, Archiepiscopi Tarraconensis, Bibliotheca, Latina, Græca, mixtæ Mss. Catalogus, Tarracone in 4. anno 1586.

*Antonij de Leone*, Hispani, Epitome Bibliothecæ Orientalis & Occidentalis, Nauticæ & Geographicæ. Madriti in 4. anno 1629. apud Ioannem Gonzales. *Epitome de la Bibliotheca Oriental i Occidental, Nautica i Geographica por Antonio de Leon, &c.*

*Antonij Malleri*, Redonensis, Historia Sanctorum, Paparum, Patr. Archiep. Epif. Doctorum, & aliorum virorum illustrium, qui aut Priores fuerunt aut Religiosi in Conuentu sancti Iacobi Parisiensis Ordinis Predicatorum. Parisiis, apud Ioannem Branchu 1634.

Index capitum librorum Abbatis *Antonij Persij* Lyncei Materani, Ciuis Romani, de ratione Philosophandi & de natura ignis & caloris, Romæ apud Mascardum 1613. in 4.

*Antonij Possenini*, Mantuani, Soc. Iesv Bibliotheca selecta, in quâ agitur de ratione studiorum in Historia, in disciplinis, in salute omnium procurandâ, Romæ in folio, ex Typographiâ Apostolica, anno 1593. tum Venetiis ac Colonia annis 1603. 1607, apud Ioannem Gymnicum, &c. In ea sæpe iudicium interponit de variis auctoribus antiquis, recentioribusque, Hebræis, Græcis, Latinis, & qui vernaculis dialectis scripserunt.

Eiusdem *Antonij Possenini* Apparatus Sacer ad Scriptores veteris & noui Testamenti, eorum Interpretes, Synodos, & Patres Latinos & Græcos, horum versiones, Theologos Scholasticos, quique contra Hæreticos egerunt, Chronographos & Historiographos Ecclesiasticos, eos qui casus conscientiarum explicarunt, alios qui Canonicum ius sunt interpretati, Poetas Sacros, libros pios quocumque idiomate conscriptos, tribus Tomis, in folio, Venetiis, apud Societatem Venetam, anno 1603. & 1606. cum appendicibus. Idem Apparatus Sacer in duos Tomos distributus, in quibus plus minus octies mille Auctores partim indicantur partim expenduntur, prodiit Colonia Agrippinæ in folio, apud Ioannem Gymnicum, 1608.

Iisdem verò subiiciuntur Catalogi Manuscriptorum Græcorum & aliorum etiam codicum, qui cum ad res Sacras atque Ecclesiasticas pertineant; in antiquis & celebrioribus Bibliothecis asseruantur,



asseruantur, siue nunquam antea editi, siue integriores, quam qui vulgati fuerunt. Incipit à Vaticanæ Bibliothecæ codicibus Græcè Mss. deinde ad Sfortianam, Vallicellanam, Francisci Turriani, Bessarionis, Medicam apud S. Laurentium & in D. Marci, Vrbinate ac Pisarensem, Mellanensem, Pathmensem, Constantinopolitanas septem (in Patriarchio, Antonij Cantacuzeni Principis, apud Constantinum Barinum, Grammaticæ cuiusdam, apud Iacobum Marmoretam Principem, apud Ioannem Suzi, & Manuelem Eugenicum) Imperatoriam Viennæ in Austria, Monachiensem Ducis Bauariæ, Augustanam, Heidelbergensem, Fontisbellaqueensem, Scoriacentem in duos distinctam indices, Sirlerianam seu Columnensem, Cæsenatensem, Cremonensem, Rhegiensem, S. Galli in Heluetia, Varmiensem & Heilsbergensem in Borussia, aliasque deuoluitur, ac tandem in Thomæ Iameli Eclogæ Oxonio-Cantabrigiensis editoris atque Hæretici virulentissimi eruditæ ac verè Catholicæ castigatione conquiescit.

*Antonij Sanderi*, Canonici Tornacensis, de Scriptoribus Flandriæ libri tres: de Gandauensibus eruditionis famâ claris libri tres. Item de Brugenensibus eruditione conspicuis libri duo. Antuerpiæ in 4. anno 1624. apud Guillelmum à Tungris.

Catalogus Vniuersalis codicum Manuscriptorum in celebrioribus Belgij Cænobiis, vrbibus, ac priuatis Bibliothecis latentium collectus ab eodem *Antonio Sanderi*, Canonico Tornacensi. Insulis apud Tussanum Clericum in 4. anno 1641.

Alterâ pars eiusdem Catalogi Mss. Belgicorum prodit anno 1644. in 4. apud eundem Tussanum le Clercq, sub signo sancti Ignatii.

*Antonij Senensis*, siue de Conceptione, Ordinis Prædicatorum, natione Lusitani, Bibliotheca Virorum insignium Ordinis Fratrum Prædicatorum edita est in 8. cum Chronico eiusdem Dominicanæ Ordinis. Parisiis, anno 1585 apud Sebastianum Niuellium.

Index præcipuorum fere Auctorum, qui spiritualia ac moralia seu Ascetica scripserunt ex familiâ Prædicatorum, desumptus ex iis, quæ *sixtus senensis*, *Antonius*, alique varii scripserunt. Parisiis in 4. apud Antonium Bertier anno 1647.

*Antonij verderij*, Domini Vallispruata, Bibliotheca Gallica prodit in folio Lugduni anno 1585. apud Bartholomæum Honorati. Ibidem quoque excusum fuit eadem formâ eodemque anno Supplementum Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ, quo longè plurimi libri continentur, qui *Conradum Gesnerum*, *Iesiam simile*



rum & Joannem Iacobum Frisium latuerunt, vel post eorum editiones typis mandati sunt. Adiecta est Appendix Codd. MSS.

*Apollodori Atheniensis Bibliotheca*, de Diis & eorum origine, Græcè & Latinè ex versione & annotationibus Benedicti Egijs Polietini cum *scipionis Tettij* tractatu de Apollodori Romæ: apud Bladum in 8. anno 1555. Editio altera apud Commelinum plerisque in locis emendatior in 8. anno 1599.

*Arnoldi Boslij*, Carmelite, Teutonici, Cœnobij Gandavensis in Belgio, liber de Viris illustribus ordinis sui extat calamo exaratus apud R. P. Ludouicum Iacob. Carmelitam. Eiusdem *Arnoldi Boslij* liber de Viris illustribus Ordinis Cartusianorum cum libris duobus Petri Sutoris de vitâ Cartusianâ Colonia in 8. anno 1609.

*Arnoldi de Busto*, Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, de Viris Illustribus Ordinis sui, & Monasterii VVindeshimensis citatur ab Antonio Possenino in Apparatu Sacro, à Gerardo Ioanne Vossio in opere de Historicis Latinis, aliisque. Verum erroris eos arguent, quæ infra dicemus de Ioanne Busto.

*Arnoldi VVion*, Belgæ, Duacensis, Monachi sancti Benedicti de Mahtuâ, Ord. Diui Benedicti Nigrorum, Congregationis Calinensis, aliàs S. Iustini de Paduâ, Lignum vitæ, in quinque libros diuisum; in quibus inter cetera Viri Dignitate, Doctrinâ, Sanctitate ac Principatu clari ex ordine Benedictino describuntur. Venetiis in 4. duobus tomis apud Georgium Angeletium, anno 1595.

*Auberti Miræi*, Bruxellensis, de Belgicis Scriptoribus liber prodiit Antuerpiæ annis 1602. & 1609 in 4. apud Danielelem Martinium. Item Antuerpianæ Bibliothecæ primordia in eadem urbe 1609. in 4.

Eiusdem *Elenchus Historicorum & aliorum Scriptorum* nondum typis editorum, qui in Belgicis potissimum Bibliothecis manuscripti extant. Antuerpiæ primum anno 1606. in 8. tum Bruxellis apud Ioannem Pepermannum, anno 1622. in 8. Eiusdem *Elenchus Regularum & Constitutionum Asceticarum* in 8. Antuerpiæ, anno 1637. apud Iacobum Mesium.

Eiusdem *Auberti Miræi*, Bruxellensis, S. R. E. Protonotarij, & Decani Antuerpiensis, Bibliotheca Ecclesiastica, siue Nomenclatores septem veteres: S. Hieronymus Presbyter & Doctor Ecclesiæ, Gennadius Massiliensis, S. Isidorus Hispalensis, S. Ildefonsus Toletanus, Sigebertus Gemblacensis, Honorius Augustodunensis, Henricus Gandavensis, cum Auctario eiusdem Mi-



rii & scholiis. Antuerpiæ in folio, anno 1639. apud Iacobum Mesium.

Bibliotheca eiusdem Ecclesiastica pars altera siue de Scripto-ribus Ecclesiasticis, qui ab anno Christi 1494. quo Ioannes Fri-themius delinit, vsque ad tempora nostra floruerunt, opus post-humum. *Aubertus Vanden Eede*, Canonicus, Sigillifer, & Scho-lasticus Antuerpiensis, publicauit in folio, anno 1649. apud eun-dem Iacobum Mesium.

Catalogus Græcorum Codicum, qui sunt Mss. in Bibliotheca Reipublica *Augustana Vindelicæ* quadruplo, quàm antea, auctior, collectore Dauide Hæschelio, impulsore verò Marco Velfero eiusdem reipublicæ Duumviro. Augustæ Vindelicorum, anno 1595. in 4. ad insignè Pinus. Prior Catalogus editus fuerat, an-no 1575. in 8. in eadem vrbe.

*Augustini Superbi*, Ferrariensis, de Viris Illustribus Ferrarien-sibus. Ferrariæ in 4. anno 1620. apud Franciscum Suzzi Italicè. Idem quoque de Venetis scripsit. Venetiis, 1629.

*Bartholomæi Moseri*, Medici, Thesaurus Bibliatricus, siue Bi-bliotheca gemina Onomastica & Classica: quarum prima om-nium Scriptorum qui artem Medicam excoluerunt nomina, æta-tem, libros, &c. continet: Secunda per classes rerum præcipuâs ac titules artium digesta cuiusvis materiæ Medicæ, &c. Dilingæ apud Gaspardum Sur. in folio.

Catalogus Græcorum Mss. Codicum qui asseruantur in inclita Serenissimi vtriusque *Bavariæ Ducis* Bibliotheca Monachij. In-golstadtij in 4. anno 1602. apud Adamum Sartorium.

*Bernardi Ninctæ*, Io. Bapt. Ciotti, & Sociorum, Bibliotheca Cata-logus librorum, Venetiis 1608. in 12. Item Catalogus librorum qui in Iunctarum Bibliotheca Philippi hæredum Florentia pro-stant. In eadem vrbe Florentina, anno Christi 1604. in 12.

Nomenclatura Doctorum in vtroque iure & Canonico & Ci-uili passim per compendia literarum citatorum, Iuris vtriusque Tyronibus maximè necessaria. *Bernardino Gasnero*, Vtineni, Iu-risconsulto auctore. Augustæ Vindelicorum in officina Henrici Steyneri anno 1543. in 4.

*Bernardini Rutilij*, liber de vitis & scriptis veterum Iuriscon-sultorum editus est Basileæ in 4. anno 1537. Recusus est ibidem anno 1557. adiectis recentiorum Iurisconsultorum vitis à *Ioanne Richardo*, Francofurtensi. Lugduni in 8. 1538. apud Germanum Rose. Neander vocat argumentum immensi atque abditi ope-



ris: vt quod supra bis millesimum reperatur annum, & ab infinitis propè authoribus, iisq; intercisis & mancis collectum, quod illi perpetui atque ordinarii, temporis iniuriâ perissent.

*Bostonus Bur.ensis*, Anglus, Monachus in cœnobio S. Eadmundi, Catalogum Scriptorum Ecclesiæ conscripsit ex Bibliothecis Monasteriorum Angliæ, quas diligenter excusserat. De eo plura Ioannes Balæus, Iosias Simlerus, Ioannes Pitseus, &c.

*Bernardi*, Lucemburgensis, Ord. Præd. Catalogus omnium Hæreticorum vique ad annum 1530. Parisiis in 4. anno 1524. apud Ioannem Paruum. De iis quoque consulendi Antiquiores *Philastrius*, *Augustinus*, *Auctor Prædestinati* à Sirmondo editus, & alij.

*Cæsaris Alexij*, I. V. D. Elogia Ciuium Perusinarum. Fulginie apud Augustinum Alterium in 2. anno 1635.

*Cæsaris Capaccij* Elogia illustrium Mulierum & Virorum litteris illustrium. 1608. Neapoli in 4.

*Caij Suetonij Tranquilli* de illustribus Grammaticis & claris Rhetoribus libri duo, cum commentatione *Achillis statij*, notis *Isaaci Casauboni* & aliorum, sæpe prodierunt Antuerpiæ, Genevæ, Parisiis, &c.

*Chinensium* variorum librorum Bibliotheca, siue libri, qui nunc primum ex China seu regno Sinarum cum ipsorum atramento & charta admirandæ magnitudinis aduecti sunt. Amsterdami, 1605. apud Cornelium Nicolai.

*Christophori Fers* Catalogus perpetuus & alphabeticus omnium librorum Bibliothecæ Academiæ Ingolstadiensis secundum quatuor Facultates in classes viginti quinque tributus. Ingolstadii in folio, anno 1600. apud Eliam VVillerum, aut præcedenti apud Andream.

*Christophori Froschoueri*. V. *Christophori Plantini*.

*Christophori Plantini*, *Christophori Froschoueri*, *Guillelmi Calderii*, *Henrici Petri*, *Hieronymi Commelini*, *Ioannis Cporini*, *Roberti Stephani*, *Plantiniana Typographiæ Balihasaris Moreti*, *VVecheliana officina*, diuersis in locis atque annis editi. Catalogi in 8. yno in volumine compacti habentur in Bibliotheca Thuana. Index librorum qui ex *Typographiâ Plantiniana* prodierunt Antuerpiæ in officina Plantiniana 1615. in 8.

*Claudij Clementis* Soc. Iesv Bibliothecæ, tam priuatæ quàm publicæ instructio libris quatuor. Accessit descriptio Bibliothecæ sancti Laurentij Escorialis & Parænesis allegorica ad amorem litterarum. Lugduni anno 1635. in 4. apud Iacobum Prost.

*Clandij Doreſmieuix*, Atrebatij, Bibliographus Belgicus seu librorum



ram Index, qui in Regiis maximè Catholicis Belgii Prouinciis, anno Christiano 1640. noui, vel emendatiores, vel auctiores prodierunt in 4. Insulis 1641. apud Tuffanum le Clercq. Classis secunda Bibliographi Belgici Bruxellis 1644. Classis tertia, &c.

Videndi quoque Catalogi Vniuersales, hoc est Designatio librorum, qui in Fœderatis Belgii Prouinciis, vel noui, vel emendatiores, & auctiores in lucem prodierunt Amstelodami.

*Conradi Gesneri* Bibliotheca vniuersalis, siue Catalogus omnium Scriptorum locupletissimus in tribus linguis Latinâ, Græcâ, Hebraicâ, extantium, & non extantium, veterum & recentiorum, doctorum & indoctorum, excusorum & in Bibliothecis latentium, Tiguri apud Christophorum Froschouerum in folio, anno 1547.

Eandem in Epitomen redactam & locupletatam Vide in *Antonio Verderio*, *Conrado Lycosthene*, *Ioanne Iacobo Frisio*, & *Iosia Simlero*.

Eiusdem *Conradi Gesneri* Pandectarum siue Partionum vniuersalium libri xix. in quibus auctorum nomina secundum artium & scientiarum genera per certas classes & locos communes enumerantur. Deest liber xx. de re Medicâ. Sed sequitur liber xxi. de Theologiâ Christiana seorsim cusus apud eundem Typographum Tigurinum Christophorum Froschouerum, in folio, annis 1548. & 1549.

Extat quoque *Gesneri* epistola de libris à se editis cum eius vitâ per *Iosiam Simlerum* Tiguri in 4. anno 1566. De iisdem fusè agit idem *Simlerus* in compendio Bibliothecæ.

*Conradus Lycosthenes*, Rubeaquensis, *Conradi Gesneri* magnum ac multis laboribus congestum Bibliothecæ opus, in breue compendium contraxit in eorum gratiam, qui breuitate gaudent, atque ob æris penuriam ab emptione magni operis deterrentur, inquit *Simlerus*, qui nec formam, nec locum, aut Typographum, tempusque editionis annotauit.

Catalogus librorum vrbs *Constantinopolitane* editus est in 4. Argentorati anno 1578. apud Nicolaum VVinot. Eadem Bibliotheca siue Antiquitates extant cum Supplemento *Verderii*.

*Cornelij Curtij*, virorum illustrium ex ordine Eremitarum S. Augustini Elogia, cum iconibus, Antuerpiæ in 4. 1636.

*Cornelij Loofci Callidij*, seu *Callidij*, Catalogus illustrium Germaniæ Scriptorum: quo doctrina simul & pietate illustrium vitæ & opera celebrantur. Quorum item potissimum ope litterarum studia Germaniæ ab anno 1500. vsque ad 1581. sunt restituta & fidei dogmata à sectariorum nouitatibus vindicata, Mogutiæ apud *Gals-*

KKKK



parum Beheu m, anno 1582. in 8.

*Cornelij scultingij*, Bibliotheca Catholica contra Ioannem Galuinum & Petrum Martyrem, & Bibliotheca eiusdem Ecclesiastica, siue expositio Missalis & Breuiarij, ad institutum nostrum vix pertinent, quemadmodum neque Bibliotheca Concionum *Georgij Bartholomaei*, & similia opera: Quia tamen eorum ab aliis video mentionē fieri, non fuerunt ab hac coronide penitus ableganda.

*F. Danielis Malonij*, Hieronymita, Scholastica Bibliotheca in secundum librum Sententiarum. Venetiis in 4. anno 1616. apud Florauantem Pratum.

*Dauidis Hæschelij*. Vide supra Augustanam Bibliothecam.

*Diodori siculi*, Bibliotheca Historica libri, qui extant, omnes, vna cum eclogis, seu fragmentis eorum, qui non extant, Græcè cum Latinâ interpretatione Laurentij Rhodmani: accessit & Chronologia duplex Archontum Atticorum & Magistratum Romanorum: præterea Notæ eiusdem Rhodmani, Francofurti apud Aubrios & Clementem Schleig in folio & Hanonia typis Vechelianis, anno 1694. Ceteræ eiusdem nobilissimi Scriptoris editiones commodiori loco recensebuntur.

*Dionysij Harduini*, Gandensis de Scriptoris Flandriæ liber Mss. extabat in Bibliotheca Equitis Emanuelis Sueyro.

*Doni Florentini*, Bibliotheca Italica, seu Catalogus, in quo numerantur omnes Scriptores Italici, & eorum libri, ac materiae, & versiones de Græcâ vel Latinâ linguâ in Italicam. Venetiis anno 1556. in 16.

*Eleonori d'Estampes-Valancay*, Episcopi Carnotensis, tum Remensis Archiepiscopi, Bibliotheca Catalogus excusus est Parisiis in 4. anno 1651. Ibidem quoque eademque forma editus est Catalogus librorum *Francisci Florentis* I. V. D. ac Canonum Professoris in Academiâ Parisiensi.

*Eunapii sardiani* de vitis Philosophorum liber Græcè & Latine editus apud Hieronymum Commelinum, anno 1596. in 8. vix ad nostrum institutum spectat, vt neque *Diogenis Laertij* libri de vitis Philosophorum, *Plutarchi Charonensis* vitæ comparatae, *Cornelij Nepotis* seu *Aemilij Probi* libellus de Viris Illustribus, *C. Suetonij Tranquilli*, *Hesychij Illustrij*, *suidæ*, & aliorum eiusdemmodi Veterum Scriptorum monumenta.

Catalogus librorum qui in *Elzeuiriano Bibliopoli* venales extant. Lugduni Batavorum ex officina Elzeuiriana in 4. annis 1634. & 1644.

*Erycij Puteani* Bibliotheca, siue omnium operum, quæ scripsit



hactenus, edidit, designauit, Catalogus. Louanij apud Henricum Haltenium 1622. in 8.

*Fabiani Iustiniani*, Genuensis, Congregationis Oratorij Presbyteri, Index Vniuersalis Alphabeticus materias in omni facultate consultò pertractatas, earumque scriptores & locos designans, Appendice perampla locupletatus. Elenchus item Auctorum, qui in Sacra Biblia, vel vniuersè, vel singulatim, etiam in versiculos datà operà scripserunt, iuxta eorundem Bibliorum ordinem dispositus. Romæ ex Typographia Camera Apostolicæ anno 1612. in folio. Eiusdem de sacrâ Scripturâ, eiusque vsu ac Interpretibus commentarius in quo non solum, &c. Romæ apud Guill. Faciottum 1614. in 8. & Parisiis apud Sonnum.

Elenchus librorum siue typis siue impensis Sacræ Congregationis de Fide propaganda impressorum, qui modò in eiusdem Sacræ Congregationis Typographio reperiuntur. Io. Dominico Verusio Beneuentano Superintendente. Romæ in 4. 1639.

*Fortunij Licheri*, Genuensis, in Patauino Lyceo Philosophi ordinarij, de priorum operum Historiâ libri duo. Patauij typis Pauli Frambotti, anno 1634. in 4. Ab eo tempore plurima scripsit, scribitque etiamnum opera. Ex quibus nonnulla recenset Ioannes Antonides *Vander-Lynden* Medicus Batauus libro primo de scriptis Medicis.

*Francisci Augustini*, Theatrum Mulierum litteratarum Italicè in 8. anno 1620. Mondoni apud Ioannem Gissandum.

*Francisci Calceolarij*, Museum à Benedicto Ceruto Medico incomptum, & ab Andrea Chiocco perfectum, & in sex partes diuisum. Veronæ 1622. in folio cum figuris.

*Francisci Crucimani*, seu à *Cruce Cenomanensi*, Bibliotheca Scriptorum, qui vernaculo Francorum idiomate aliquid memoriarum posterorum mandasse noscuntur, prodiit Parisiis in folio, anno 1584. apud Abelum l'Angelier.

*Francisci Gonzaga* de origine Seraphicæ Religionis Franciscanæ eiusque progressibus & propagatione fol. Romæ, 1587.

*Francisci Lanouij* Chronicon Generale Ordinis Minimorum, in quo recensentur illustres ex eo ordine Scriptores. Parisiis in fol. apud Sebastianum Cramoisy 1635.

*Francisci Mariæ Turrigij* Romani de Eminentissimis sanctæ Romanæ Ecclesiæ Scriptoribus Cardinalibus in 4. Romæ apud Stephanum Paolinum, anno 1641.

*Francisci suuertij*, Antuerpiani, Athenæ Belgicæ, siue Nomenclator Inferioris Germaniæ Scriptorum, qui disciplinas Philolo-

KKKKK ij



gicas, Philosophicas, Theologicas, Iuridicas, Medicas, & Musicas, illustrarunt. Antuerpiæ apud Guillelmum à Tungris in folio, anno 1628. Sub finem habentur Catalogi Mss. librorum Collegii Louaniensis, ac Domus Professæ Antuerpiensis Societatis Iesv, & eorum qui tumerant apud P. Andream Schottum eiusdem Societatis Scriptorem doctissimum.

Collectio in vnum corpus omnium librorum Hebræorum, Græcorum, Latinorum, necnon Germanicè, Italicè, Gallicè & Hispanicè scriptorum, qui in *Nundinis Francofordensibus* ab anno 1564. vsque ad Nundinas Autumnales 1592. venales extiterunt. Francofurti anno 1592. in 4. apud Nicolaum Bassæum.

*Gabrielis Lurbei* I. C. de Illustribus Aquitania viris à Constantino Magno vsque ad nostra tempora. Burdigalæ in 8. apud Simonem Millangium, 1591.

*Gabrië is Naudæi*, Parisini, Tractatus Gallicus de instruenda Bibliotheca, Parisiis in 8. anno 1627. apud Franciscum Targa. Idem recusatus est in 8. anno 1644. apud Robertum le Duc. cum Auctario R. P. Ludouici Iacob à sancto Carolo, Carmelitz.

Eiusdem Bibliographia Politica, in quâ plerique omnes ad Civilem prædientiam Scriptores, quâ recensentur, quâ diiudicantur. Venetiis apud Franciscum Baba in 12. anno 1633. Eadem anno 1640. prædiit VVittenbergæ cum accessorio non dissimilis argumenti è Museo Augusti Buchneri, in 16. Eadem Lugduni Batavorum apud Ioannem Maire, anno 1642. in 32. cum epistolâ Hugonis Grotii de studio Politico. Quartâ demum editione Amstelodami, apud Ludouicum Elzeuiriū anno 1645, in 12. vna cum eiusdem Syntagmate de studio liberali, & Hugonis Grotij, aliorumque dissertationibus de studiis instituendis.

Eiusdem *Gabrielis Naudæi* extat instauratio Tabularij Maioris Templi Reatini facta iussu Eminentissimi Francisci Cardinalis à Balneo. Romæ, in 4. anno 1640. apud Ludouicum Grignanum.

Eiusdem Bibliotheca Kempensis, siue eorum, qui dissertationibus aut libris editis Thomæ Kempensis causam aduersus Gersenistas tuendam susceperunt, in 8. Parisiis apud Sebastianum Cramoisy.

*Gabrielis Prærolæ* Marcoffij de vitis, sectis, & dogmatibus omnium Hæreticorum, qui ab orbe condito ad nostra vsque tempora & veterum & recentium auctorum monumentis proditi sunt, Elenchus Alphabeticus, cum eorundem Hæreticorum origine, nstitutis, & temporibus, quibus suis præstigiis mundo imposuerunt



Colonia apud Cœruinum Calenium, in folio anno 1569. & in 4. ibidem apud Arn. Quintel 1605.

*Gennadij Massiliensis* Presbyteri liber de Viris Illustribus qui Ecclesiam scriptis suis ornauerunt, saepe cum Hieronymi eiusdem argumenti libro editus est operâ Suffridi Petri, Auberti Miræi & aliorum. Hic verò centum duntaxat capitulis constat in postremis editionibus. Idem excusus quoque fuit Helmenstadij 1614. in 4. & Basileæ in 4. cum Epiphanio de Vitis Prophetarum.

*Gasparris Conradi* Prosopographia Melicæ Millenarij duo, siue Virorum Illustrium vita distichis singulis designata. Francofurti anno 1615. in 8.

*Gasparr scioppius* in Consultatione de scholarum & studiorum ratione edita Patauij apud Paulum Frambottum in 12. anno 1636. Auctores linguæ Latinæ, pluresque Scriptores, præsertim Grammaticos, recenset.

*Gasparris Volphij* Catalogus virorum Illustrium, qui de ponderibus ac mensuris scripserunt. Tiguri apud Froschouerum 1584. in 8. cum Dominico Massario de Ponderibus.

Catalogus librorum, quos *Georgius Douza* Constantinopoli secum aduexit, cum epistola Meletij Patriarchæ Alexandrini. Hagæ Comitum in Hollandia, anno 1598. in 4.

*Georgij Bartholomæi, Pontani*, Bibliotheca Concionum è celebrioribus nouis & antiquis Auctoribus & Postillatoribus, variis item meditationibus & lectionibus congesta, &c. Colonia Agrippinæ apud Hieratum, anno 1608. in folio.

*Georgij Draudij*, Ottenbergensis, Pastoris Lutherani Hæretici, Bibliotheca Classica, siue Catalogus Officinalis, in quo singuli singularum facultatum libri, qui in quauis ferè lingua extant, quique intra hominum ferè memoriam in publicum prodierunt; ordine Alphabetico recensentur: non tam plurimorum librorum, qui in priori editione anni 1611. in 4. Francofurti apud N. N. omissi fuerunt, quàm illorum etiam qui ab anno illo 1611. vsque ad 1625. prodierunt. Francofurti duobus Tomis in 4. anno 1625. apud Petrum Kopsum.

*Gerardi Mosani*. Vide Laurentij Cumelij.

*Gerardi Ioannis Vossij* de Historicis Græcis libri quatuor; editio altera priori (anni 1624.) emendatior & multis partibus auctior. Lugduni Batauorum ex officina Ioannis Maire, anno 1651. in 4.

Eiusdem *Gerardi Io. Vossij*, de historicis Latinis libri tres: editio altera priori (quæ annum natalem habuit labentis sæculi vigesimum septimum) emendatior, & duplo auctior. Lugduni Bata-



uorum ex eadem officina & eodem anno in 4.

Idem vir magnus, & diffusæ eruditionis, edidit Amstelodami, anno 1650. in 4. ex Typographia Ioannis Blaeu librum insignem de quatuor Artibus popularibus, de Philologiâ, & scientiis Mathematicis, cui subiungitur Mathematicorum Chronologia in tres libros diuisa.

Librorum *Gilberti Genebrardi*, Benedictini, Theologi, Parisiensis, Catalogus. Parisiis apud Sebastianum Nivellium 1591. in 8.

*Guidi Panzioli*, Regiensis I. V. C. de Claris legum Interpretibus libri quatuor. Venetiis in 4. anno 1637. apud Marcum Antonium Brogiolum.

*Guillelmus Dunallius*, Pontifaranus, Doctor Medicus & Professor Regius, auctor Nouæ Synopseos Doctrinæ Peripateticæ, ad calcem operum omnium Aristotelis editionis Lutetianæ anni 1619. excudendum curauit *Paschalis Galli Pictonis* Indicem, quem collatâ quoque symbolâ auxit recentiorum, qui in Aristotelis opera scripsere, vel qui Philosophicas tractationes edidere, appositis nominibus. Idem *Regiorum Professorum* Catalogum atque Elogia contexuit Gallico idiomate.

*Guillelmi Gazeti*, Bibliotheca Theologorum aliorumque Scriptorum Belgij, Gallicè in 8. Atrebatî 1620. apud Guillelmum de Fluuiio.

Catalogus librorum qui reperiuntur Lugduni in ædibus haredum *Guillelmi Rouillij*. Lugduni anno 1604. in 12.

*Hemmingi Grosij*, Elenchus, siue Index generalis, in quo continentur libri omnes, qui post annum 1593. vsque ad annum 1600. in sancto Romano Imperio & vicinis regionibus noui auctiue prodierunt, Lipsiæ 1600. in 4.

*Henrici Canisij*, Nouiomagensis I. V. D. & in Academiâ Ingolstadiensi Professoris ordinarij, extant Antiquæ Læctionis Tomi sex Ingostadij editi in 4. in Typographia Ederianâ apud Andream Angermarium, annis 1601. 1602. 1603. 1604. in quibus quamplurimorum Auctorum opuscula ex tenebris primus eruit & in eruditorum manus, oculosque transmisit. Eorum omnium Catalogum edidimus in Primo Supplemento Speciminis nostrarum Antiquarum Læctionum supra pag. 152. & sequentibus.

Catalogus librorum *Bibliotheca Medicæ*, quæ Florentiæ asservatur in cœnobio D. Laurentii editus est ab *Henrico Ernstio*, Amstelodami in 8. anno 1641. apud Ioan. Ianssonium. Videndus quoque *Possseuinus* noster in auctario Apparatus Sacri, qui etiam de alterâ, quæ Florentiæ apud S. Marcum seruat, *Medicæ Principum Bi-*



bliotheca mentionem facit pag. 40.

*Henrici de Gandavo*, Archidiaconi Tornacensis, liber de Viris Illustribus, seu præcipuis Ecclesiæ Scriptoribus, qui post Sigeberti ætatem ad sua usque tempora floruerunt, omissus à Iohâ Simlero, aut eius continuatore Ioanne Iacobo Frisio, editus fuit operâ Suffridi Petri Leouardiensis Frisij, Colonia in 8. apud Maternum Cholinum, anno 1580. cum eiusdem argumenti tractatibus, *D. Hieronymi Stridonensis Presbyteri*, *Gennadij Massiliensis Presbyteri*, *Isidori Hispalensis Episcopi*, *Honorij Augustodunensis Presbyteri*, & *Sigeberti Gemblacensis Monachi*. Idem quoque apparet in Bibliothecâ Ecclesiasticâ Auberti Miræi, de quâ suo loco dictum est supra.

*Henrici Kisthij ouazeqola ghuatouqm*, siue Tabella exactissima titulorum Bibliothecæ Anhaltinæ. Seruestræ 1609. forma patente. Eiusdem discursus de Bibliotheca instituenda, eâque in singulos annos locupletanda secundum vitæ tria genera, Theosophum, Politicum, & Oeconomicum. Ibidem 1609.

*Henrici Oræi*, Assenheimensis, Nomenclator præcipuorum Doctorum Scriptorum, &c. Hanouïæ apud Aubrios, 1619. in 12.

Catalogus librorum, qui ex officina Typographica *Henricæ triandæ* ad publicum prodierunt, continuatus usque ad annum 1628. Basileæ in 4.

*Henrici Rantzouij*, Catalogus Imperatorum, Regum, ac Principum, qui artem Astrologicam amarunt, ornarunt, & exercuerunt. Lipsiæ in 8. 1581.

*Henrici Stephani*, Francofordiense emporium, siue nundinatio Francofortensis, quæ varias Musarum merces partim soluta oratione, partim carmine exhibet. apud Auctorem in 8. 1574.

Item Index librorum qui ex officinâ eiusdem *H. Stephani* prodierunt anno 1569. in 8. cum *Henrici Stephani* Epistola de suæ Typographiæ statu, nominatimque de suo Thesaurò Linguae Græcæ.

*Henrici Villori*, Ordinis Minorum, Leodiensis, Athenæ, siue liber de Scriptoribus Ordinis Franciscani, qui vel selecta eruditione, vel floridiore eloquentia, vel editis Scriptis SS. Dei Sponsæ Romanæ operam nauarunt. Leodij apud Arnoldum à Comsuaremia, anno 1598.

*Hieronimi Chilini*, Theatrum Hominum litteratorum Italicè, Venetiis apud Guerillos in 4. 1647. & Mediolani in 8.

*Hieronimi Mercurialis* censura & dispositio operum Hippocratis denuo edita locupletior atque emendatior. Francofurti apud

LLLI ij



Heredes Andrea VVechehi 1585. in 8.

S. Hieronymus Stridonienſis, Presbyter, & Eccleſiæ Doct̃or celeberrimus, ad Dextrum ſcripſit librum de Illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus, qui à Paſſione Chriſti uſque ad decimum quartum Theodoſii Imperatoris annum, ut ipſe in proœmio fatetur, de Scripturis Sanctis memoria aliquid prodiderunt. Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos *Hermippus Peripateticus*, *Antigonus Caryſtius*, *Satyrus doctus vir*, & longè omnium doctiſſimus *Ariſtoxe-nus Muſicus*. Apud Latinòs autem *Varro*, *Santra*, *Nepos*, *Hyginus*, & ad cuius nos exemplum uiſi prouocare, *Tranquillus*, &c. Quamquam & *Eusebius Pamphili* in decem Eccleſiaſtica hiftoriæ libris maximo nobis adiumento fuerit, &c. Itaque Dominum IESVM CHRISTVM precor, ut quod *Cicero* tuus, qui in arce Romanæ eloquentiæ ſtetit, non eſt facere dedignatus in *Bruto*, Oratorum Latinæ linguæ texens Catalogum, id ego in Eccleſiæ eius Scriptoribus enumerandis dignè cohortatione tuâ impleam, &c. Diſcant igitur *Celfus*, *Porphyrius*, *Iulianus*, rabidi aduerſus Chriſtum canes, diſcant eorum ſectatores, qui putant Eccleſiam nullos Philoſophos & Eloquentes, nullos habuiſſe Doctores, quanti & quales Viri eam fundauerint, extruxerint, ornauerint, &c. Sæpius excuſus fuit liber hic cum aliis ſanctiſſimi illius Doct̃oris operibus ac *sophronij* Græcâ verſione, de quâ ſuo loco dicendum erit; ſeorſim verò abſque illâ, tum operâ & ſtudio *Sutfridi Petri* Colonia in 8. anno 1580. apud Maternum Cholinum vna cum *Gennadij*, *Iſidori*, *Honorij*, *Sigeberti*, atque *Henrici Gandaueniſis* auctariis de illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus, tum in Bibliothecâ Eccleſiaſticâ *Auberti Miræi Bruxellenſis*, editâ Antuerpiæ, anno 1639. in folio. Adde & Eraſmicam editionem cum ſcholiis in 4. anno 1529. Baſileæ cum *Epiphanio* de vitis Prophetarum, &c.

De Bibliothecis, libris, variisſque vetuſtæ magnificentiæ exemplis diſſerit *Hieronymus Cardanus*, capite 98. libri 17. de Rerum varietate. Idem quoque commentarium edidit de libris propriis.

*Hieronymi Commelini* Typographiæ Catalogus editus eſt.

*Hieronymi Ziegleri* Rotenburgij commentaria ad *Plinij* libellum de Viris Illuſtribus excuſa *Auguſtæ Vindelicorum* à *Valentino Otmato* anno 1542. huc minimè pertinent. De Viris Illuſtribus Germaniæ ſcripſiſſe quidem illum refert *Antonius Poſſeianus*, ſed editionis locum non designat.

*Hildeſonſus*. Vide infra *Iſidorus* & *I'deſonſus*.

*Honorij*



*Honorij Augustodunensis Ecclesiæ Presbyteri & Scholastici*, qui circiter annum Christi 1120. florebat, *Liber de Luminaribus Ecclesiæ*, siue de præcipuis Scriptoribus, qui Ecclesiæ suis operibus illustrarunt, ex D. Hieronymo, aliisque in compendium contractus editus est in 8. Basileæ anno 1544. apud hæredes Cratandri, tum Colonia anno 1580. in 8. apud Maternum Cholinum in collectione Suffridi Petri, at denique Antuerpiæ, in folio, in Auberti Miræi Bibliotheca Ecclesiastica, vt nihil dicam de Bibliothecis SS. Patrum.

*Iacobi Alberici*, Sarnicensis, Bergomatis, Ordinis Eremitarum S. Augustini Catalogus brevis Illustrum & famosorum Scriptorum Venerorum, Bononiæ 1605. apud Hæredes Ioannis Rossi in 4.

*Iacobi Gaddij*, Academici Suogliati, Critico-Historicum opus, siue de Scriptoribus non Ecclesiasticis, Græcis, Latinis, Italicis, primorum graduum, in quinque Theatris, scilicet Philosophico, Poëtico, Historico, Oratorio, Critico. Florentiæ apud Arnaldum Maffum, in folio, anno 1648.

Codicum Cabalisticorum Manuscriptorum, quibus est vltus *Ioannes Picus*, Comes Mirandulanus, Index, à *Iacobo Gaffarello* D. Amelii perpetuo Commendatore exaratus. Parisiis in 8. ex Typographia Viduæ H. Blageart, anno 1651.

*Iacobi Gaucherij*, Annonænsis, e Soc. IESV, Tabula Chronologica à Christo ad nostra tempora deducta, in quibus suo quique ordine collocati visuntur Sacri profanique Scriptores, Ecclesiæ defensores eiusdemque impugnatores hæretici, Gallicè primùm, tum etiam eodem interprete Latine, sæpius Lugduni edita sunt in folio ab anno 1609.

Catalogus variorum librorum quos ex Oriente aduexit, & in publica Leydensi Bibliotheca deposuit *Iacobus Golius*. Parisiis apud Antonium Vitray in 4. anno 1630. Vide supra pag. 160.

Item Catalogus librorum Mss. Arabicorum, quos ex Oriente aduexit *Iacobus Golius* cum genuinis Arabicis eorum titulis in 4.

Catalogus librorum, quos *Iacobus Grefserus*, Societatis IESV Theologus, euulgauit, vsque annum 1612. Ingolstadij apud Andream Angermarium in 4.

*Iacobi Philippi Opicelli*, Sacræ Theologiæ Doctoris, Cuius Mediolanensis, Monumenta Bibliothecæ Ambrosianæ. Mediolani in 8. anno 1618. apud Io. Iac. Comum.

*Iacobi Philippi Tomasini*, S. Theologiæ Doctoris, Bibliothecæ Patavinæ Manuscriptæ Publicæ & Priuatæ quibus diuersi Scripto-

M MMmm



tes hæcenus incogniti recensentur ac illustrantur. Vtini apud Nicolaum Schirottum in 4. anno 1630.

Eiusdem *Iac. Phil. Tomasini Aemoniensis in Isthia Episcopi* extat & aliud opus de Bibliothecis Venetis, quod vidisse me taceor, sed locum tempusque editionis non memini.

Eodem quoque referri possunt eiusdem Illustrum virorum elogia cum Iconibus. Patauij anno 1640. in 4. & 1644. in 4. in eadem vrbe.

*Iacobus de Plebe* Scripsisse dicitur de Scriptoribus Ordinis Seruorum ab erudito viro, qui tamen sui postea non bene memor hæc habet: *Iacobus de Plebe* Ordinis Seruorum. Scripsit Catalogum Illustrum Scriptorum Ordinis Carmelitarum.

*Iacobi Simonis*, Ricomagensis Aruerni, è Soc. IESV, operum Catalogus prodiit post eius Elogium ante aliquot menses publicatum, Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy in 4. Extat quoque ad calcem secundæ editionis omnium operum C. Sollij Apollinaris Sidonij, quàm iuxta castigatum ab eodem Summo Viro aliquot ante obitum annis exemplar typis Cramosianis hoc anno 1652. in lucem emisimus in 4.

*Iacobi Tirini*, Belgæ, Soc. IESV Theologi, extant eruditissima in vniuersam Sacram Scripturam commentaria tribus Tomis, quibus varias Appendices attexuit, atque in iis Indicem omnium Auctorum, quos citauit, adnotato tempore & loco quo quisque vixit, & scriptis & officiis quibus claruit. Antuerpiæ in folio apud Martinum Nutium, anno 1632. tum ibidem duobus tantum voluminibus, & in Bibliis Parisiensibus, quæ Magna vocantur, quinque Tomis.

*Iacobi Vvarei*, Equitis Aurati, de Scriptoribus Hiberniæ libri duo. Prior continet Scriptores in Hiberniâ natos. Posterior, Scriptores alios, qui in Hiberniâ munera obierunt. Dublinij, anno 1639.

*Iacobi Zannachij*, Bibliotheca Theologica, siue Catalogus tam auctorum, qui in Sacros Biblicos libros Veteris & Noui Testamenti vsque ad annum 1591. scripserunt, quàm materialium, quarum auctores non extant. Mulhusij 1591. in 4. Eiusdem Elenchus Alphabeticus auctorum, qui in libros Biblicos vsque ad annum 1606. commentati sunt. Seruestæ 1606. in 4.

Bibliotheca Ianiniana sancti Benigni Diuionensis in 4. 1621.

*Iani Gruteri* Thesaurus Criticus, in cuius Tomis VI. in 8. Francfurti ab anno 1602. ad 1606. editis quamplurima continentur opuscula Critica doctissimorum Virorum, qui Superiori sæculo



collapsam rem litterariam studio suo ac vigiliis crexerunt.

*Iani Iacobi Boissardi* Illustrium Virorum effigies, vitæ, atque elogia. Francofurti sumptibus Guillelmi Fitzeri, anno 1628. & seqq. quatuor Tomis.

*Iani Nicij Erithræi*, Pinacotheca imaginum illustrium doctrinæ vel ingenij laude virorum. Colonix Agrippinæ apud Cornelium ab Egmond 1643. Altera Pinacotheca in eadem vrbe apud Iodocum Kalcouium 1645. Tertia ibidem in 8. &c.

Catalogus librorum Bibliothecæ *Iani Rutgersij*, Dordraceni, Suecorum Regi à consiliis, &c. Lugduni Batavorum in 4. anno 1630. ex officina Elsevirianâ.

*S. Ildefonsi*. V. Sancti Isidori.

*Indices Expurgatorij*, ut vocant, siue Censuræ atque expurgationes iussu Magistrorum sacri Palatii in varios auctores, &c. Extant quoque præter *Indicem librorum prohibitorum Concilij Tridentini*, & *Romanos*, plures Hispanici, Neapolitani, alique variis locis excusi, ex quibus omnes Catholici discent, qui, à quibus, & qua de re scripti sint libri hæretica labe infecti, aut erroribus à fide alienis respersi, quid expurgandum sit, quid mutandum, quid rescindendum, aut obelo maiori-ve censura configendum.

*Ioannis Antonidæ Vander-Linden*, de scriptis Medicis libri duo editi sunt primum anno 1637. in 8. Amstelodami, apud Blaeu, tum eadem forma, anno 1641. in eadem vrbe, apud eundem Ioannem Blaeu.

*Ioannis Antonij Bumaldi* C. B. C. & Equitis, Minerualia Bononiensia Ciuium Anademata, seu Bibliotheca Bononiensis, cui accessit antiquorum Pictorum & Sculptorum Bononiensium brevis Catalogus.

Catalogus librorum qui venales prostant Lugduni in officinâ *Ioannis Antonij Huguetan* anno 1637. in 4. apud eundem Bibliopolam.

*Ioannis Balæi*, Sudouolgij, Angli, pestilentissimi Hæretici, Catalogus Scriptorum illustrium Maioris Britannix, ex variis auctoribus collectus, & nouem Centurias continens. Basileæ in folio apud Ioannem Oporinum, anno 1557.

*Ioannis Baptistæ Lauri*, Perusini, Orchestra Theatri Romani, seu Dialogus de Viris sui æui doctrina illustribus Romæ 1618. In eadem vrbe typis Andreæ Phæi 1625. in 8.

Index librorum omnium Iuris tam Pontificii quàm Cæsarei per *Ioannem Baptistam Zileum*, Venetum, cui ultra alias editiones nouissimè multa addita sunt consilia, tractatus, praxes, decisio-

MMMmm ij



nes, summa, lectura, singularia, disputationes, allegationes, vota, & alia opuscula ad Iurisprudentiam pertinentia. Sequitur Index Legum omnium, quae in Pandectis continentur, iuxta seriem Iurisconsultorum, cum ipsius indicis usu per *Jacobum Labittum*. Venerit, anno 1566. in 4. tertia editione ex officina Iordani Ziletti. Huic adde Catalogos siue Indices duos Auctorum & tractatum vniuersi Iuris duce & auspice Gregorio XIII. in vnum congestorum, octodecim materias, viginti quinque volumina comprehendentium. Venerit apud Zilettum anno 1584. in 12.

*Ioannis Baptista Ziletti, Ioannis Eichardi, Ioannis Neuizani, Ludouici Gomefij*, Elenchus omnium Auctorum, siue Scriptorum in Iure auctus à *Ioanne Wolfgango Freimano*. Francoforti 1579. in 4. Basileae apud Oporinum cum Rutilio.

*Ioannis Bertrandi*, Praesidis Tolosani *Bivogund*, siue de Iurisperitis libri duo. Tolosa apud Raymundum Colomerium in 4. 1617.

Catalogus omnium Auctorum qui in Iure tam Ciuili, quam Canonico, illustrando, & commentando claruerunt in 4. Francoforti, anno 1585.

*Ioannis Buschij*, Canonici Regularis Ord. S. Augustini Mss. extat Catalogus Virorum Illustrium Ordinis sui, qui nondum luce publica fruitur.

*Ioannis à Bosco*, è Caëstinorum ordine, Floriacensis Bibliotheca sancta, Apostolica, Pontificia, Caesarea, Regia, Franco-Gallica, &c. vsui antiquariorum exposita. Lugduni in 8. apud Horatium Cardonum, anno 1605.

*Ioannis Buxtorfij*, Bibliotheca Rabbinica ordine Alphabetico disposita. Basileae apud VValdækirch 8. 1613. editio secunda Basileae anno 1640. impensis Ludouici Regis.

*Ioannis Castelli* Catalogus officinae Goltzianae Antuerpiae apud Plantinum.

*Ioannis Clesij*, vnius saeculi, eiusque virorum litteratorum monumentis tum florētillissimi, tum fertilissimi ab anno 1500. ad 1601. Nundinarum Autumnalium inclusiue Elenchus consummatissimus, in quo omnium facultatum linguarumque, ubi vis extant, libri consignantur, Promptuarium refertissimum & Doctis maxime necessarium. Tomi duo Francofurti 1603. in 4. apud Kopffium.

Catalogus brevis eorum quae contra nouas sectas scripsit *Ioannes Cochleus* in 8. anno 1548. per Franciscum Behem apud S. Victorem prope Moguntiam Typographum.

*Ioannis Cordesij*, Canonici Lemouicensis, Bibliotheca Catalogus. Parisiis in 4. anno 1643. apud Antonium Vitray.

*Ioannis*



*Ioannis Cræseij* Elogia Heroum & Litteratorum Ingolstadij, in 8. anno 1584.

*Ioannis Fichardi* Francofurtensis perioche vitarum recentiorum Iureconsultorum, ab Irnerio vsque ad Huldricum Zasium, hoc est, qui post annum 1190. claruerunt, item Indices duo omnium Scriptorum, tam in iure Pontificio, quàm in Casareo, à veteribus & recentioribus Iurisconsultis editorum per *Ioannem Neuizanum*, *Ludovicum Gomezium*, & *Ioannem Fichardum* collecti. Basileæ apud *Ioannem Oporinum*, vna cum veterum Iurisconsultorum vitis per *Bernardinum Rutilium* descriptis, &c. Vide & supra verbo, *Ioannes Baptista Ziletus*.

*Ioannis Garsonij* Bononiensis liber de Scriptoribus Ordinis Dominicanorum memoratur à *Possuino* in Apparatu, sed mihi videre non contigit.

*Ioannis Georgij Schenckij*, Biblia Iatrica, siue Bibliotheca Medica macta, continuata, consummata. Francofurti apud *Antonium Hummum* in 8. anno 1609. Eiusdem extat Enchiridion de formandis Medicinæ studiis, & schola Medica instituenda. Basileæ apud *Kœnigium* in 12. anno 1607.

Catalogus librorum in officina *Ioannis Ianssonij* Amstelodami in 4. anno 1640.

*Ioannis Iacobi Frisij*, Tigurini, Bibliotheca Classicorum Auctorum Chronologica. In qua veterum Philosophorum origo, successio, ætas, & doctrina compendiosa, ab origine mundi vsque ad nostram ætatem proponitur. Quibus accessit Patrum, Ecclesiæ Christi Doctorum à temporibus Apostolorum vsque ad tempora Scholasticorum ad annum vsque Domini 1140. secundum eandem temporis seriem enumeratio. Tiguri anno 1592. in 4. apud *Ioannem Volphium*. Idem ad tertiam editionem Epitomes Bibliothecæ *Conradi Gesneri* à *Iosia Simlero* elaboratæ, & impressæ Tiguri anno 1583. in folio apud *Christophorum Föschouerum*, addidit aliquot mille, cum priorum tum nouorum Auctorum opuscula, partim ex instructissima Viennensi Austriæ Imperatoria Bibliothecâ, partim ex Indicibus Francofortensium Nundinarum.

Idem *Ioannes Iacobus Frisius* ex Epitome *Simlerianâ* Nomenclatorem Scriptorum omnis generis confecit secundum artium genera in certos titulos digestum. Est autem hic Nomenclator, ut ipsemet prædicat, Bibliothecæ pars altera Methodica completens omnis generis Scriptorum libros 21. in quibus auctorum opera secundum artes & disciplinas earumque titulos & locos

NNNnn



communes disponuntur, nomina verò operibus præfixa ordine Alphabetico recensentur.

*Ioannis Imperialis* Museum Historicum & Physicum, siue Elo-  
gia Virorum literis Illustrium cum iconibus. Venetiis, apud Iun-  
ctas 1640. in 4.

*Ioannis Iudicis* Vita Poëtarum Prouincialium Italicè, Lugduni,  
in 8. anno 1575.

*Ioannis le Page* Doctoris Parisiensis Bibliotheca Præmonstra-  
tensis Ordinis. Parisiis, anno 1633. Consule præterea Chronicon  
Præmonstratense *Sub. Mirai* in 8. Colonia 1613 apud Gualterum.

Catalogus librorum, qui ex officina *Ioannis Iodoci Tiletani* pro-  
dierunt. Parisiis 1546. in 8.

*Ioannis Matthæi Toscani*, Peplus Italiae. Lutetia, in 8. ex officina  
Federici Morelli, anno 1578.

*Ioannis Meursij*, Athenæ Batauæ, siue de Vrbe Leydensi & Aca-  
demiâ, Virisque claris, qui vtramque ingenio suo atque scri-  
ptis illustrarunt, libri duo. Lugduni Batauorum, anno 1625. in 4.  
apud Andream Clouquium & Elzeuirios.

Idem de Philostratis dissertatiunculam edidit cum Philostrati  
Lemnij Sophistæ quibusdam Epistolis. Lugduni Batauorum ex  
officina Ludouici Elzeuirii anno 1616. in 4. Ibidem quoque eo-  
demque anno notis in Aristoxenum, Nicomachum, & Alypium  
Mucicæ antiquissimos auctores, præmisit Prolegomenon de Scri-  
ptoribus Mucicis antiquis & in notis ad Aristoxeni librum secun-  
dum viginti recenser, quibus olim Pythagoræ nomen inditum  
fuit. Agit quoque de Aristoxenis, Nicomachis, Alypiis sigilla-  
tim, necnon de Ptolemæis, aliisque passim, quos in eruditissimis  
commentariis ab eo in plures Auctores editis, commemorat.

*Ioannis Michaelis Pij*, Bononiensis, vita virorum illustrium Or-  
dinis S. Dominici, Italicè. Bononia, in folio, anno 1620.

*Ioannis Molani*, Doctoris Theologi Louanienfis, Bibliotheca  
materiæ, quæ a quibus auctoribus, cum antiquis, tum recen-  
tioribus, sint pertractata. Accedunt Catalogi duo. I. Catholi-  
corum Sacra Scriptura Interpretum Biblicorum librorum or-  
dine. II. Scholasticorum Theologorum in Diui Thomæ Aquina-  
tis summam. Colonia Agrippina apud Ioannem Kinchium  
sub Monocerote in 4. anno 1618.

*Ioannes Nenizanus* scripsit Indicem Scriptorum in utroque Lu-  
re, quem auxit *Ludovicus Comessius*, & postremo *Ioannes Pistorius*,  
vt supra iam monuimus.

*Ioannis Nicolai Paschalis*, Alidosii, de Doctoribus Bononiensi-



MSS. LIB. CORONIS LIBRARIA.

bus in Theologiâ, Philosophiâ, Medicinâ, & Artibus liberalibus, ab anno millesimo ad 1623.

*Ioannis de Nigra* valle de Scriptoribus Ordinis Canonicorum Regularium, vt quidem audio.

*Ioannis Nortuegi*, Nomenclator variorum Auctorum in Promptuario Grammatico citatorum, nomina & scripta, aliâque complura scitu digna. Francofurti apud Aubrios & Clementem Schleig in 8. anno 1621.

*Ioannis Nostradami*, de Vitis Poëtarum Prouincialium, siue Gallia Narbonensis, liber Gallicè. Lugduni in 8. apud Alexandrum Marsiliij.

Exuniâ *Ioannis Herbst*, qui se *oporinum* Græcè nuncupauit, Typographi Basileensis, hoc est Bibliotheca librorum impressorum in gratiam eorum, qui comparare volent, digesta & edita in 8. anno 1571.

*Michaël Neander* in Prefatione ad Erotemata Linguae Græcæ commemorat *Ioannis Pedionæi*, Rheti, de Claris Oratoribus libros duos, & *Ioannis Matthæi*, Lunensis, opus de claris mulieribus, in quo præter eruditionem non vulgarem etiam non inusitata rerum varietas esse dicitur.

*Ioannis Petri Lotichij*, Medici, Bibliotheca Poëtica pars prima & secunda in 8. Francofurti sumptibus Luca Iennissij, annis 1625. Pars tertia, anno 1626. Pars quarta & vltima, anno 1628. in eadem vrbe in 8.

*Ioannis Pisæi*, Angli, S. Theologiæ Doctoris, Liuerduni in Lotharingiâ Decani, de Illustribus Angliæ Scriptoribus. Parisiis in 4. anno 1619. apud Rolinum Thierry & Sebastianum Gramoisij.

*Ioannis Plantaurij de Pansa*, Lodouensis Episcopi, Bibliotheca Rabbinica, complectens omnes fere Rabbinicos, tam in lucem editos, quam manu solum scriptos. In folio post Florilegium eiusdem Rabbinicum, Lodouæ typis Arnaldi Colomerij Typographi Regij Tolosani 1644.

*Ioannis Trithemij*, Abbatis Spanheimensis, Ordinis S. Benedicti, Catalogus Scriptorum Ecclesiasticorum vsque ad annum Domini 1494. ad Ioannem Dalbergium Episc. Vormatiensem, sapius excusus fuit, tum seorsim illo anno Moguntia apud Petrum Fridberg, tum cum alijs eiusdem operibus Tomo II. Editionis Francofurtensis, anni 1600. Vidi impressum Parisiis in 4. anno 1512. cum multis additionibus Illustrium virorum expensis Ioannis Patui, tum Colonia in 4. anno 1531. apud Petrum Quentel, &c. tum anno 1546.

NNNn ij,



Eiusdem *Trithemij* Bibliotheca Carmelitana, siue illustrium aliquot Carmelitanae Religionis Scriptorum & eorum operum Catalogus & de laude Ordinis Carmelitarum. Florentiae in 4. anno 1593. cum notis Petri Lucij Belgae Carmelitae. Memini quoque vidisse me eundem Tractatum Tomo IV. operum *Ioannis Baptiste Mantuani*, cognomento *Hispanioli*, in 8. Antuerpiae, apud Bellerum anno 1576.

Extat quoque editus Coloniae Agrippinae sumptibus Iodoci Kalckouen, anno 1643. de ortu & progressu, ac Viris Illustribus Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo tractatus *Ioannis Trithemij*, Abbatis Spaetheimensis, *Auberti Miraei* Bruxellensis, & *Ioannis de Carthagena* Ord. Minorum de Observantia.

Eiusdem de Viris Illustribus Ordinis sancti Benedicti libri quatuor, impressi sunt Coloniae, anno 1575. in 4. apud Geruinum Calenium, cum expositionibus *Turrecremate* & *Sacaragdi* Abbatis super regulam sancti Benedicti.

Eiusdem de luminaribus Germaniae liber vnus, siue Catalogus Illustrium Virorum Germaniam suis ingeniis & lacubrationibus omnifariam exornantium ad Iacobum VVimphelongium Sledadium Theologum, cum eiusdem prothesi siue additamento Moguntiae seorsim, & Tomo I. operum *Trithemij*, quae Francofurti prodierunt, anno 1600. duobus tomis in folio.

*Ioannis Wolfgangi Freimonij*. V. Ioannes Bapt. Ziletus. At de eius Symphonia Chronologica Iuris vtriusque consule Simlerum.

*Iosephus Blancanus*, Bononiensis e Societate Iesv, post explanationem locorum Mathematicorum Aristotelis ex vniuersis ipsius operibus collectorum addidit Tractationem de natura Mathematicarum scientiarum atque Clarorum Mathematicorum breuem Chronologiam. Bononiae 1615. in 4. apud Bartholomaeum Glocium.

*Iosephi Lenti*. Clarorum Asculanorum praecleara facinora. Roma, typis Mascardi 1622. in 8.

*Iosephi Pamphili*, Episcopi Signini, Chronica Ordinis Fratrum Eremitarum sancti Augustini, in quibus iuxta temporum seriem exponuntur breuiter, qui viri, vel sanctitate, vel doctrina, vel rebus egregie gestis, in eo ordine illustres fuerint ac sint. Roma apud Georgium Ferrarium, anno 1581. in 4.

*Iosias Simlerus*, Tigurinus, Bibliothecam Vniuersalem *Conradi Gesneri* in epitomen commodam redegit, quae ter edita est Tiguri apud Christophorum Froschouerum in folio. I. anno 1555. II. anno 1574. III. denique anno 1583. hoc titulo: Bibliotheca insti-

tuta



ruta & collecta, primùm à *Conrado Gesnero*: deinde in Epitomen redacta & nouorum librorum accessione locupletata, tertio recognita, & in duplum post priores editiones aucta per *iosiam similium*, iam verò postremò aliquot mille, cum priorum, tum nouorum auctorum opusculis ex instructissima Viennensi Austria Imperatoriâ Bibliothecâ amplificata per *Ioannem Iacobum Frisium*, Tigutinum.

*Israëlis Spachij*, Medicinæ Doctoris, Nomenclator Scriptorum Philosophicorum atque Philologicorum: hoc est, succincta narratio eorum, qui Philosophiam, omnesque eius partes descripserunt vsque ad annum 1597. Argentorati in 8. anno 1598. apud *Bertramum*.

Eiusdem Nomenclator Scriptorum Medicorum, hoc est Elenchus eorum, qui artem Medicam suis Scriptis illustrarunt secundum locos communes ipsius Medicinæ conscriptus. Francofurti in 8. anno 1591. apud *Nicolaum Bass.*

*S. Isidori* Hispalensis Episcopi de Viris Illustribus, cum Scriptoribus Ecclesiasticis à *Suffrido Petri* editis Colonia, anno 1580. & in folio, cum Bibliothecâ Ecclesiasticâ *Auberti Mirai*.

Eiusdem quoque, & *S. Ildefonsi* Toletani Archiepiscopi de Claris præsertim Hispaniæ Scriptoribus atque Episcopis Catalogi breues cum appendicibus *Felcis*, *Iuliani*, atque *Braulionis*, cum notis *Andrea Schotti* Soc. Iesv Presbyteri extant secundo Tomo Rerum Hispanicarum Francofurti edito anno 1603. apud *Aubrium* in folio.

*Iulius Caesar Scaliger* in libris de Poëtica multiplici eruditione refertis Catalogum texuit omnium fermè Poëtarum, tum Antiquorum, tum Neotericorum, in Hypercritico, qui liber est operis sextus, cuius varias videt editiones, in folio, Genevæ apud *Ioannem Crispinum*, in 8. Lugduni, &c.

*Iulij Caesaris Capacij*, Illustrium Mulierum, & Illustrium Litteris Virorum elogia Neapoli apud *Io. Iac. Carlinum* 1608. in 4.

*Iusti Lipsij* de Bibliothecis Syntagma Antuerpiæ, in 4. anno 1601. in officina Plantiniana, apud *Balthasarem Moretum*, & in folio cum aliis eiusdem operibus simul editis duobus voluminibus, Lugduni, anno 1613. & Antuerpiæ quatuor voluminibus.

*Iustini Gobleri*, Prosopographiæ, in 8. Moguntia 1537. Vide *Neandrum*, pag. 115. Præfationis ad *Erötemata* linguæ Græcæ.

*Laurentij Pignori*, Canonici Tarusini, Historici & Philologi eruditissimi, Bibliotheca & Museum, Auctore *Iacobo Philippo Tomafino* ad Illustriss. & Excellentiss. *Dominicum Molinum*, Sena-



torem amplissimum. Venetiis, anno 1632. apud Io. Petrum Pinnellum, Typographum Ducalem, in 4.

*Laurentij Cumelij*, Bibliotheca inchoata Homiliarum & Sermorum priscorum Ecclesiæ Patrum, in Dominicarum & Festorum Evangelia; post eius obitum à F. Gerardo Mosano ad finem vsque perducta. Lugduni apud Iuntas, in folio, anno 1588. Sunt quoque qui *Laurentij Bochelli* Bibliothecam, seu Thesaurum Iuris Gallici duobus tomis editum, Parisiis, Gallicè, anno 1615. apud Eustachium Foucault huc conferent.

*Leandri Alberti*, Bononiensis, Ordinis Prædicatorum, libri sex de Viris Illustribus Ordinis Dominicani editi fuerunt Bononiæ, anno 1517. in folio, in ædibus Hieronymi Platonis expensis Ioannis Baptiste Lapi.

*Leonis Allatii Chij*, Græcorum nostræ ætatis doctissimi, Apes Urbanæ, siue de Viris Illustribus, qui annis 1630. 1631. ac toto sequente Romæ adfuerunt, & typis aliquid euulgarunt. Romæ apud Ludouicum Gfignanum, anno 1633. in 8.

Eiusdem de Psellis & eorum Scriptis, ad Iacobum Gaffarellum. Romæ apud Mascardum, in 8. anno 1635.

Idem Epistolis Socratis, Antisthenis, & aliorum Socraticorum Græcè & Latine vulgatis præfixit Dialogum de scriptis Socratis ad CL. VV. Puteanos Fratres. Parisiis in 4. apud Sebastianum Cramoisy, anno 1637.

Eiusdem de libris Ecclesiasticis Græcorum dissertationes duæ. Quarum vna diuinorum Officiorum potiores & vsitatiores libri percensentur, altera, Triodiarum, Pentecostarum, & Paræneticarum examinantur. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, an. 1646. in 4.

Eiusdem de Georgiis, & eorum scriptis Dissertatio, in qua de Georgiis omnibus agitur, qui Græcè aliquid scripserunt, eorum monumenta indicantur, & in quibus Bibliothecis lateant, aperitur, Parisiis, in Typographiâ Regiâ edita est vna cum Georgij Acropolitæ Historia Græco-Latina.

Idem paratas habet editioni Diatribas de Simeonibus, de Philonibus, Nicetis, aliisque, quas auidè eruditi omnes expectant.

*Lilij Gregorij Gyraldi*, Ferrariensis, decem decalogi de Vitis Græcorum & Latinorum Poëtarum, tum seorsim editi sunt Basileæ, in 8. anno 1545. tum in folio Tomo II. operum eius editionis Basiliensis, apud Thomam Guarinum, anno 1580.

Asceticorum, vulgò Spiritualium opusculorum, quæ inter Patrum opera reperiuntur, Indiculus, Christianæ pietatis cultus.



ribus ab Ascetâ Benedictino Congregationis sancti Mauri (is est D. Lucas D'Achery) digestus. Parisiis apud Ioannem Billaine, in 4. anno 1648.

Luca Vadingi, Hiberni, Scriptores Ordinis Minorum, quibus accessit syllabus eorum, qui ex eodem Ordine, pro fide Christi fortiter occubuerunt. Romæ ex typographia Francisci Alberti- tani 1650. in folio. Eiusdem consule Annales Minorum.

Bibliothecæ Lugduno-Batavæ Catalogum celebrari à quibusdam accepit, sed nondum vidi.

Ludouici Castanæ Rupipozæ Episcopi Piccaviensis, Nomenclator S. R. E. Cardinalium, qui ab anno Christi millesimo quip- piam commentati sunt, cum Auctario plusquam ducentorum Epitaphiorum Pontifum & Cardinalium, quæ Alfonso Ciacconi libro de Pontificum gestis interseri operæ est. Tolosæ apud Do- minicum de la Case, in 4. anno 1614.

Ludouici Gomeſij, IC. Hispani, Supplementum Indicis Iuris- consultorum Ioannis Neuizani, de quo iam supra aliquoties actum.

Ludouici Iacob, à s. Carolo, Cabilonenſis, Burgundi, Ordinis Carmelitarum alumni, Bibliotheca Pontificia duobus libris di- stincta. In primo agitur ex professo de Romanis Pontificibus à S. Petro, vsque ad S. D. N. Urbanum VIII. ac de Pseudo-Pon- tificibus, qui scriptis claruerunt. In secundo verò, de omnibus Auctoribus, qui cum in generali, tum in particulari eorum vitas & laudes, necnon præcellentiam auctoritatemque posteritati consecrarunt. Cui adiungitur Catalogus Hæreticorum, qui ad- uersus Romanos Pontifices aliquid ediderunt. Lugduni, in 4. sumptibus hæredum Gabrielis Boissat & Laurentij Anisson, an- no 1643.

Eiusdem Tractatus Gallicus de Bibliothecis insignioribus to- tius Europæ, ac præcipue regni Franciæ, excusus fuit cum tracta- tu Gabrielis Naudæ de instituenda Bibliotheca, in 8. anno 1644. apud Roletum le Duc, Parisiis.

Bibliographia Parisina, hoc est Catalogus omnium librorum, Parisiis, annis 1643. & 1644. inclusiue excusorum. Parisiis, sum- ptibus Roleti le Duc, viâ Iacobæ, sub signo Iustitiæ, anno 1645. in 4.

Bibliographia Parisina, hoc est Catalogus omnium librorum Parisiis, anno 1645. inclusiue excusorum. Parisiis, sumptibus Roleti le Duc, sub signo Iustitiæ, anno 1646. in 4.

Bibliographia Vniuersalis Gallica, hoc est Catalogus omnium



Librorum per vniuersum regnum Galliae, annis 1643. 1644. & 1645. excusorum. Parisiis sumptibus Roleri le Duc, viâ Iacobââ, sub signo Iustitiæ, anno 1646. in 4.

Bibliographia Gallica Vniuersalis, hoc est Catalogus omnium Librorum per vniuersum Galliae Regnum, anno 1646. excusorum. Parisiis, sumptibus viduæ Ioannis Camusat & Petri le Petit Typographi Regij, viâ Iacobââ, ad insigne Aurei Velleris 1647. in 4.

Bibliographia Parisina, hoc est, Catalogus omnium Librorum Parisiis, annis 1647. & 1648. inclusiue excusorum, Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy Regis & Reginae Regentis Architypographum, & Gabrielem Cramoisy, viâ Iacobââ, sub Ciconis, anno 1649. in 4.

Bibliographia Parisina, hoc est Catalogus omnium Librorum Parisiis, anno 1649. inclusiue excusorum. Parisiis, apud Sebastianum & Gabrielem Cramoisy Fratres, anno 1650. in 4.

Bibliographia Parisina, hoc est, Catalogus omnium Librorum Parisiis, anno 1650. inclusiue excusorum. Parisiis, apud Sebastianum & Gabrielem Cramoisy Fratres, anno 1651. in 4.

Bibliographia Gallica Vniuersalis, hoc est, Catalogus omnium Librorum per vniuersum Galliae Regnum, 1651. excusorum. Parisiis, apud Sebastianum & Gabrielem Cramoisy Fratres, anno 1652. in 4.

Idem summo studio atque incomparabili diligentia affectas habet, ac tantum non prælo paratas, Bibliothecas duas per insignes Cardinalitiam & Carmelitanam.

Lugdunensium officinarum Horatii Cardon, Iacobi Cardon, Petri Cauellat, Gabrielis Boissat, & Laurentij Anisson, in 16. annis 1615. 1620. & 1639. apud Ludouicum Prost Hæredem Rouille, in 8. 1621. &c.

Marci Zueri Boxhornii, Monumenta Virorum Illustrium & eloggia aliquot. Amstelodami, apud Ioannem Iansonium 1638. in folio.

Margarini de la Bigne Doctoris Parisiensis, Sacra Bibliotheca Sanctorum Patrum supra duceitos, qua continentur illorum de rebus diuinis Opera omnia, & Fragmenta, quæ partim nunquam hætenus, partim ita, vt rarè iam extent, excusa, vel ab hæreticis corrupta, distincta in tomos octo, Epistolarum, Historiarum, Moralium, Liturgiarum, Disputationum contra hæreses, Commentariorum, Homiliarum, Poëmatumque Sacrorum mixtum & tractatum in penè singula Fidei Christianæ & Scripturæ

Sacræ

11 00000



Sacræ, loca illustrata doctissimorum Virorum scholiis, observationibus, &c. apud Michaëlem Sonnum, Parisiis, in folio, anno 1576.

Eiusdem Bibliothecæ Appendix varia Sanctorum Patrum de Deo & rebus diuinis complectens opuscula & fragmenta, omnia nunc primum, vel ex manuscriptis excerpta codicibus, vel meliori formâ edita, & illustrata, in folio, Parisiis, anno 1579. apud eundem Michaëlem Sonnum sub scuto Basileensi.

Editio secunda Eiusdem Bibliothecæ prodit Parisiis, anno 1589. nouem tomis in folio. Auctarium verò duobus voluminibus partim ex Scriptoribus de diuinis Catholica Ecclesiæ Officiis & Mysteriis operâ Melchioris Hittorpij iam olim editis, partim ex aliis Patribus ab Henrico Can. sio I. C. in Tomis Antiquæ Lectionis publicatis prodit in eadem ciuitate Parisiensi, anno 1610. in folio.

Tertiæ editionis Parisiensis annum natalem non obseruaui. Quartâ verò, quæ præter multorum librorum accessionem qui in Catalogis asterisco norantur, duobus Tomis Græco Latinis aucta est, qui Græcos Auctores vtraque lingua editos complectuntur, perfecta est Parisiis, anno 1624. studio ac diligentia singulari R. P. *Frontonis Ducai* Burdegalensis, Soc. Iesv. Quinta denique quæ *Morelliana* dicitur, Græcos Latinosque quamplurimos Scriptores complectitur, qui in præcedentibus desiderabantur.

Auctarium quoque Bibliothecæ Græco-latina SS. Patrum habes Lector excusum duobus Tomis, in folio, Parisiis apud Antonium Bertier, anno 1648. operâ ac studio R. P. *Francisci Combesis* S. Th. Professoris, Ordinis FF. Prædicatorum in Conuentu S. Mariæ Annunciata Parisiensis, Congreg. S. Ludouici.

Quod ad Coloniensem SS. Patrum Bibliothecam, anni 1618. in tomos octodecim distributam attinet, hoc ab aliis diuersa est, quòd non in certas classes coactos Scriptores exhibeat; sed à primo sæculo exorsa per singula Ecclesiæ sæcula deinceps decurrat, aptiori, nisi me fallit coniectura, ordine digesta.

*Marquardi Leonis*, enumeratio Methodica & compendiosa selectissimorum & omni exceptione maiorum Scriptorum totius Occidentis Meridiei & Orientis Ecclesiarum. Ingolstadij, apud Hertzroy 1610.

Bibliotheca Cluniacensis, in quâ SS. Patrum Cluniacensium Vita, Scripta, & Priuilegia continentur, collecta à Domino *Martino Marrier*, cum notis *Andreae Quercetani*, Turonensis. Parisiis,

PPPPP



in folio, anno 1614 apud Sebastianum Cramoisy.  
*Melchioris Adami*, Vita Germanorum Theologorum, Philosophorum, Medicorum, & Iurisperitorum, qui superiori saeculo, & quod excurrit, floruerunt, collecta, & ad annum usque 1618. perducta. Heidelbergæ & Francofurti, annis 1615. & 1620. in 8. quatuor omnino Tomis. Prodierunt pariter in lucem Eiusdem Decades, continentes vitas Theologorum exterorum Principum, &c. Francofurti, anno 1618. in 8.

*Melchioris Hittorpij* nomen præfert Auctarium Bibliothecæ veterum Patrum tomis duobus in folio, Parisiis, anno 1610. Verum is duntaxat collegit Ecclesiasticos Scriptores, qui de Officiis & Mysteriis Catholica Ecclesiæ aliquid emisserunt in lucem, vulgavitque primum Colonia, anno 1568. Cæteri Patres aliunde additi sunt, ut paulo ante monuimus.

*Michælis Neandri* Bibliotheca vniuersalis, loco Præfationis, Græcæ eius Grammaticæ præfixa est, excusa in 8. Basileæ apud Ioannem Oporinum, anno 1565.

*Michælis Pij Bononiensis*, de vitis Illustrium Virorum Ord. S. Dominici, Italicè. Bononiæ in folio 1620. apud Sebast. Bonomium.

*Michælis Pocciatij*, Florentini, Ordinis Seruorum B. Mariæ Virginis, Catalogus Scriptorum Florentinorum omnis generis, cum additionibus fere ducentorum Scriptorum Fratris *Luca Ferri*, Theologiæ Professoris. Florentiæ, apud Philippum Iunctam in 4. anno 1589.

*Mutij Pansa*, de Bibliothecâ Vaticanâ, Romæ in 4. anno 1591. Italico idiomate: *Ragionamenti della Libreria Vaticana di Mutio Pansa*, &c.

*Nicolai Episcopi*, Typographi Basiliensis, siue officinæ Episcopianæ Catalogus editus fuit, anno 1564.

*Nicolai Rignerij*, Barrensis, Medici atque Historiographi Regij Bibliothecam Historicam tribus maioribus Tomis distinctam, ac quarto nuper auctam video à quibusdam non omitti in recensione Bibliothecarum, quamvis institutum illius Auctoris ab hoc nostro haud parum abluere videatur.

*Onuphrij Panuini*, Veronensis, Augustiniani, de vrbis Veronæ Viri doctrinâ illustribus opusculum. Veronæ 1621. apud Angelum Taurum, in 4.

Veterum Patrum Collectio titulo *Orthodoxographorum* ornata, anno 1555. septuaginta sex Auctores exhibuit solo temporum ordine dispositos, qui deinde in posteriori editione anni 1569. probatus non est, sed consultius visum, ut in certas & distinctas Class



ses diuiderentur pro ratione argumenti, quod tractabant, nimirum in Epistolas, Historias Sacras, Gnomologias, Exegetica scripta, siue Commentarios in Sacram Scripturam, Doctrina Sacra auctores siue expugnatores haresum, Demegorias siue conuersiones, & Apologetica scripta, quæ veluti septem categoriæ Scriptores Ecclesiasticos, numero 85. complexæ sunt. Hunc verò eundem Basileensium Typographorum ordinem addita octaua classe retinuit Margarinus Bignaus, annis 1576. & 1589. quique postea eandem Bibliothecam SS. Patrum Parisiis recudendam susceperunt. Ex eadem Basileensi vrbe prodit, anno 1556. alia collectio SS. Patrum titulo *Hæreseologie* inscripta, quæ octodecim Scriptorum Sacrorum opuscula Theologica repræsentat, in folio typis eiusdem Henrici Petri.

*Orthonis Brunfelsij*, Maguntini, Catalogus illustrium Medicorum, siue de primis Medicinæ Scriptoribus liber, breuiter eorum scripta commemorans, ex Galeni, Plinij, Scriptorum de re rusticâ libris, &c. collectus & impressus Argentorati, anno 1530. in 4. apud Ioannem Schottum. Scripsit idem Theses seu communes locos totius rei Medicæ & Onomasticon medicinæ continens omnia nomina stirpium, medicamentorum simplicium, aliarumque rerum omnium ferè ad medicinam pertinentium, ac Philosophiam naturalem, historias Medicorum, secundum ordinem litterarum ex omni auctorum genere confarcinatum, præpositis à principio Tabulis nominum anatomes, & ægritudinum totius corporis humani, Græcè ac Latine, &c.

*Papyrij Massoni*, Foresiensis, in suprema Parisiorum Curia Advocati, Elogia varia, tum seorsim typis emissâ, tum duobus voluminibus in 8. comprehensa studio Ioannis Baleldens. Parisiis, apud Sebastianum Huré, anno 1638.

*Paschalis Galli*, Pictonis, Bibliotheca Medica, siue Catalogus eorum, qui ex professo artem Medicam scriptis illustrarunt; nepe quid scripserint, ubi, quâ formâ, quove tempore scripta, excusa, aut manuscripta habeantur, Basileæ anno 1590. in 8. apud VValdkirchum. Eiusdem quoque operâ collectus est ex Gesneri Bibliotheca Index Auctorum aliquot, qui suis laboribus ac lucubrationibus Aristotelis libros, ac Philosophiam conati sunt illustrare. Extat ad calcem editionis Geneuensis operum Aristotelis, & auctior in Parisiensi Duuallianâ.

*Pauli Bolduani*, Stolpensis, Pomerani, professione Lutherani, ac Vessinensis Pastoris, Bibliotheca Theologica, siue Elenchus Scriptorum Ecclesiasticorum illustrium, Rabbiorum, Patrum,



Protestantium, Calvinianorum & Pontificiorum, qui in Sacros Biblicos libros Veteris ac Noui Testamenti, necnon præcipua capita doctrinæ Christianæ, & homilias, &c. de tempore scripserunt. Ienæ 1614. apud Thomam Schurerum 4.

Eiusdem Bibliotheca Philosophica, siue Elenchus Scriptorum Philosophicorum atque Philologicorum Illustrium, qui Philosophiam, eiusque partes, aut omnes, aut præcipuas, quouis tempore idiomatèque, usque ad annum 1614. descripserunt, illustrarunt, & exornarunt secundum artes & disciplinas, tum liberales, tum mechanicas, earumque titulos & locos communes, Auctorumque nomina ordine Alphabetico digesta Accesserunt Græcæ Latinæque linguarum, tum prosarum, tum ligatarum, Auctores classici, Lexica, Loci communes, Apophthegmata, Colloquia, Phrases, &c. Ienæ anno 1616. in 4. apud Hæredes Thomæ Schureri Bibliopola Lipsiensis.

Eiusdem *Pauli Bolduani* Bibliotheca Historica, siue Elenchus Scriptorum Historicorum & Geographicorum, qui Historias, vel vniuersales totius orbis, vel particulares certæ cuiusdam Prouinciæ, &c. vsque ad annum 1620. scripserunt. Lipsiæ illo anno 1620. in 4. apud Fridericum Lanckisium impensis hæredum Thomæ Schureri.

*Pauli Iouij*, Nouocomensis, Vita Illustrium Virorum Florentiæ, anno 1551. apud Laurentium Torrentinum, Antuerpiæ, apud Io. Bellerum 1557. in 8. & alibi.

*Petri Angeli sphere*, Pomaricani, de Nobilitate Professorum Grammaticæ, vbi & eorum Catalogus atque Elogia. Neapoli, in 4. apud Franciscum Sauium 1641.

*Petri Besodneri*, Bibliotheca Theologica, hoc est Index Bibliorum, præcipuorum eorumdèmq; Interpretum, Hebræorum, & Græcorum & Latinorum, tam veterum, quàm recentium, Francofurti apud March. anno 1604. in 4. apud Kopffium 1609. & Thymium 1610. in 8.

*Petri Blanchot*, ex ordine Minimorum, Idea Bibliothecæ vniuersalis tribus duntaxat expansa foliis prodiit, Parisiis apud Sebastianum Cramoisy, anno 1631. Hanc mihi commodauit, omnibus hiisce ad vmblicum penè perductis, V. C. Gabriel Naudæus, ex quâ duos trèsve Scriptores mihi prius incognitos eruerem. Idem Bibliothecam Concionum in 4. edidit, apud Sebastianum Cramoisy, Parisiis, anno 1633. & rursus iterata editione, anno 1640.

*Petri Criniti* de Poëtis Latinis extant libri quinque, in quibus multa



multa veterum Poëtarum fragmenta referuntur. Parisiis apud Iodocum Badium Ascensium, anno 1513. Basileæ, apud Henricum Petri, anno 1532. in 4. & alibi non semel.

*Petri Lucij*, Belgæ, Carmelitani, Bruxellensis, Carmelitana Bibliotheca, siue Illustrium aliquot Carmelitana Religionis Scriptorum, & eorum operum Catalogus. Florentiæ apud Georgium Marefcottum in 4. anno 1593.

Illustrium Scriptorum Religionis Societatis IESV Catalogus, Auctore *P. Petro Ribadeneira* Societatis eiusdem Theologo. Antuerpiæ in officina Plantinianâ, anno 1608. in 8. secundâ editione auctus Lugduni apud Ioannem Pillehotte in 8. anno 1609. Tertiâ quoque editione locupletior Antuerpiæ, anno 1613. in 8. ex eadem officinâ Plantinianâ.

*Petrus Rodulfus* seu *Rudolphus Toffiniacensis* sancti Inquisitionis Officij in vrbe Consultor & Episcopus Senogalliæ, Historiam Seraphicam tribus libris complexus est, vbi de Franciscani Ordinis Scriptoribus multa refert. Venetiis annis 1586. & 1595. apud Franciscum Franciscum.

*Petrus Stenartius*, Leodius, Theologiæ Doctor, SS. literarum in Academia Ingolstadiensi Professor, Procancellarius & Mauricianus ibidem Pastor, &c. edidit anno 1616. Tomum singularem insignium Auctorum tam Græcorum quàm Latinorum Ingolstadij in 4. tanquam Appendicem ad Hen. Canisij Læctionis Antiquæ Tomos sex, (de quibus suo dictum est loco) apud Elizabetham Angermariam ex Typographia Ederiana.

*Philiberti Marefchalli* Dux Artium & scientiarum, ac Promptuarium omnium librorum, tum Gallicè Scriptorum, tum in linguam Gallicam versorum Parisiis, an. 1589. apud Franciscum Iaquin, in 8.

*Philippi Alegambe*, Bruxellensis, Soc. IESV, Bibliotheca Scriptorum Societatis IESV post excusum anno 1608. Catalogum R. P. Petri Ribadeniræ nouo apparatu librorum ad annum 1642. cum Catalogo Religiosorum Societatis IESV, qui hætenus pro Catholici fide & pietate in variis mundi plagis interempti sunt. Antu Catalogi, in folio, anno 1643. apud Ioannem Meursium.

*Philippi Nouariensis*, de Auctoribus Ordinis Canonorum Regulatum dissertatio memoratur à quibusdam, eam tamen nondum typis excusam aspexi.

*Photij*, Patriarchæ Constantinopolitani Bibliotheca *μειζιβιβλος*, siue lectorum à Photio librorum recensio, censura atque excerpta, Philologorum, Oratorum, Historicorum, Philosophorum, Medicorum, Theologorum, è Græco Latine reddita, Scholiisque



illustrata, operâ Andreæ Schotti Antuerpiani de Societate Iesv. Augustæ Vindelicorum ad insigne pinus in folio, anno 1606. Ob-  
servat Antonius Possevinus noster se vidisse versionem Biblio-  
thecæ Photianæ à Federico Metio Termularum Episcopo factam  
sed non euulgatam. Textus Græcus illius Bibliothecæ studio Da-  
vidis Hoeschelii Augustani cum eiusdem notis, & emendationi-  
bus, atque impulsu præcipuè Marci Velseri Augustanæ Reipubli-  
cæ Duumviri prodiit, anno 1601. in folio. in eadem vrbe. Græcè  
verò ac Latine eadem Bibliotheca excusa fuit Genevæ Allobro-  
gum, apud Paulum Stephanum, anno 1612. in folio, & nunc, ut  
accepi, Rotomagi iterum prælo committitur, & ad extremum  
ferè apicem perducta est editio.

*Raphaëlis Volaterrani*, Anthropologia libri undecim, in quibus  
recensentur Clari homines omnium temporum, linguarum, &  
gentium, qui in Oratoriâ & Poëtica, Mathesi & Iuris scientia,  
ceterisque artibus profecerunt, &c. medij sunt inter Geogra-  
phicos & Philologicos in volumine Commentariorum Urbano-  
rum ad Iulium II. Episcopum vrbis Romæ à decimo tertio ad vi-  
gesimum tertium. Lugduni, apud Sebastianum Gryphum 1552.

*Roberti Bellarmini*, è Societate Iesv S. R. E. Cardinalis, de  
Scriptoribus Ecclesiasticis liber vnus, adiunctis Indicibus unde-  
cim, & Breui Chronologia ab Orbe condito vsque ad annum  
1612. primum Coloniae prodiit, anno illo 1612. in 8 Lugduni in 4.  
anno 1613. tum Coloniae in folio cum alijs Cardinalis illius  
doctrina, pietate, ac sincero Fidei Catholicæ zelo Eminentissi-  
mi operibus, apud Antonium Hieratum, anno 1620. Verum edi-  
tio noua ab auctore aucta & recognita ceteris præferenda est Lu-  
teriae Parisiorum sumptibus Sebastiani Cramoisy, anno 1617. at-  
que alijs deinceps consequentibus annis.

*Roberti Constantini*, Nomenclator insignium Scriptorum, quo-  
rum libri extant, vel manuscripti, vel impressi: ex Bibliothecis  
Galliæ & Angliæ: Indexque totius Bibliothecæ atque Pandecta-  
rum doctissimi atque ingeniosissimi viri Conradi Gesneri Ari-  
stis in 8. apud Andream VVechelum, anno salutis 1555. <sup>pud</sup>

Libri in officina *Roberti stephani* Typographi. Regij 1546. in 8.  
Item libri vanales in Bibliopolio *Roberti stephani* Typographi  
Regij, tum ab Henrico Stephano patre, tum à Simone Colinao  
eius vitrico excusi, in 8.

*Robertus Cocus*, hæreticus Anglus, Censuram Patrum Scripsit,  
quæ in 4. Londini anno 1623. & in 8. quoque edita est; sed ea  
omnibus Catholicam Fidem professis cum Critico Riueri, Me-



dulla Sculteri, similibusque virulentissimorum Hæreticorum commentationibus penitus abiicienda, aut vna cum Magdeburgensibus Centuriis Matthiæ Flaccij Illyrici aliorumq; collatâ operâ in plures Tomos digestis, in Castellum Lethes procûl ableganda.

Catalogus librorum insignium ex Bibliotheca *Samuelis Petiti*. Lutetiæ apud Samuelem Sorberium, in 4, anno 1645.

*Scauola Sammarthani* Elogia Virorum doctrina Illustrum, qui superiori sæculo in Galliâ floruerunt. Lutetiæ in 8. apud Petrum Durand, anno 1616. & Pictauij ab anno 1692.

Extant quoque *Scauola* et *Abelij Sammarthanorum* opera in 4. Lutetiæ, anno 1633. apud Iacobum Villery.

*Scipionis Tenij*, Neapolitani, cuius de Apollodori tractatus cum Bibliothecâ Apollodori Romæ, & in Commelinianâ officinâ editus est, librorum Mss. Catalogum ante annos lxxx. ex præcipuis Romæ atque Italiæ Bibliothecis collectum, necdum, quod sciam, vspiam publicatum, exhibuimus inter Supplementa Speciminis Antiquarum nostrarum Lectionum, seu nouæ huius Bibliothecæ Mss. Librorum ex Schedis V. C. Iacobi Puteani, & altero exemplari. Vide supra paginas 166. & 384.

Bibliotheca *scholastica* instructissima Latinè, Gallicè, Italicè, Hispanicè, Anglicè & Græcè. Londini, apud Ioannem Billium, in 8. anno 1618.

*Seraphini Razzi*, Ordinis Præd. & Doctoris Theologi, Historia Italica Virorum Illustrum Ordinis Prædicatorum. Lucæ apud Busdragum 1596. in 8.

*Sigeberti Gemblacensis in Belgio Monachi*, liber de Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus, de quo ipse post alia ingenij sui monumenta sic loquitur; *Hieronymum* etiam imitatus & *Gennadium* scripsi vltimum hunc libellum de Illustribus viris, quantum notitia investigationis meæ exquirere potui: excusus fuit, tum seorsim, tum cum aliis eiusdem argumenti opusculis à Suffrido Petri, anno 1580. Coloniæ, tum Antuerpiæ in Bibliotheca Ecclesiastica Auberti Miræi, anno Christi 1639.

Catalogus Librorum, qui reperiuntur in officina *Simeonis Piger* Bibliopolæ Parisiensis, anno 1646.

*Simeonis Colinei* Typographi Parisiensis librorum Catalogus prodiit, vt audio, sed non vidi.

*Simonis starouolski*, Scriptorum Polonicorum *ęczerstwa* seu centum Illustrum Poloniæ Scriptorum Elogia & Vite. Francofurti sumptibus Iacobi de Zetter, 1625. in 4. & Venetiis apud Damianum Zenarium, 1627. in 4.

QQQqq ij



*Sixti Senensis*, Ordinis Prædicatorum, Bibliotheca sancta ex præcipuis Catholicæ Ecclesiæ auctoribus collecta, & in libros octo digesta ab auctore ante obitum recognita & aucta, adiecta etiam Tabulâ Chronographicâ secundum collationem temporum, post editionem Venetam, anno 1566. apud Franc. Franciscum, Francofordiensem in folio, apud Nicolaum Basseum anno 1575. & Venetam in 4. anno 1580. Coloniensem, anno 1586. ab Ioanne Hayo Scoto Societatis IESV Theologo expurgata, aucta & Scholiis illustrata prodit, tum alibi, tum Lugduni annis 1591. & 1592. Sumptibus Sibyllæ à Porta, & ut cæteris impressiones prætermittam, Parisiis in folio, anno 1610. apud Sebastianum Cramoisy. Emissus quoque fuit Colonia anno 1588. ex officina Petri Horst Liber Sixti Senensis hac inscriptione: Ars interpretandi Sacras Scripturas absolutissima. Cui Coronidis instar accesserunt Sanctorum Patrum Regulæ 234. & Canones 372. F. Francisco Ruizio Vallisoletano, & F. Ioanne Hoffmeistero collectoribus ad sacras litteras rectè citòque perdiscendas in primis necessarij.

*F. Stephani Lufignani*, Ord. Prædic. Catalogus Virorum Illustrium, in 8. Parisiis 1582. apud Guillelmum Nigrum.

*Suffridi Petri*, Leouardienfis, Frisij V. I. L. operâ prodierunt Colonia, in 8. apud Maternum Cholinum, anno 1580. de Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus Authores præcipui veteres I. *D. Hieronymus*, Stridonensis Presbyter. II. *Gennadius* Massiliensis, Presbyter. III. *Isidorus* Hispalensis Episcopus. IV. *Honorius* Augustodunensis Presbyter. V. *Sigebertus* Gemblacensis Monachus. VI. *Henricus de Gandavo*, Archidiaconus Tornacensis, partim antea excusi, partim nunc demum in lucem editi, omnes autem in congruum ordinem redacti, & perpetuâ Chronologiâ illustrati, & veterum codicum, tum excusorum, tum Manuscriptorum collatione ab infinitis mendis repurgati, & annotationibus haud quaquam pernitiendis commendati.

Eiusdem de Scriptoribus Frisij decades xvi. & semis. Colonia apud Henricum Falckenburgh, anno 1593. in 8.

*Symphoriani Campegi*, seu *Champerij*, Lugdunensis Medici & Lotharingorum Principis Archiatri, liber de claris Scriptoribus medicinæ veteribus & recentioribus. Lugduni in 8. prodit.

*Theodorici Petreij*, ex ordine Cartusianorum apud Vbios familiæ Professi Bibliotheca Cartusiana, siue Catalogus illustrium Sacri Cartusienfis Ordinis Scriptorum, Colonia in 8. anno 1609. apud Ant. Hierat.

Catalogus



Catalogus Hæreticorum *Theodori Petri* in 4. Colonia typis Petri à Brachel 1629.

Catalogus Auctorum *Theologicorum*, qui in Sacros Biblicos libros vniquam scripserunt. Vitebergæ, anno 1591. in 4. Eodem referenda Bibliotheca *Theologica* in 4. eodem anno 1591. Mullusij.

*Theologorum* omnium, tum Pontificiorum, hoc est Orthodoxorum, quàm Protestantium, hoc est hæreticorum, qui Germanicè ab anno 1568. vsque ad 1583. scripserunt, enumeratio. Erphordix, anno 1593. in 8. Germanicè.

Conspectus Scriptionum *P. Theophili Raynandi* Soc. Iesv ordine temporis quo sunt exarata in 4.

*Thomæ Bodleij*. V. *Thomæ James*.

*Thomæ Dempsteri* Scoti I. C. *Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Scotorum* libri 19. in 4. excusi sunt Bononiæ typis Nicolai Thebaldeni, anno 1627.

*Thomæ Campanelle* Ordinis Dominicani, de libris propriis & recta ratione studendi syntagma. Parisiis, anno 1642. in 8. apud viduam Guillelmi Pelè. Eiusdem de reformatione scientiarum Index, Venetiis, 1633. in 4.

*Thomæ Gratiani*, Ordinis Eremitarum S. Augustini in Prouincia Coloniensi Prioris Prouincialis, Anastasis Augustiniana, in quâ Scriptores Ordinis Eremitarum sancti Augustini prisce simul & neoterici in seriem digesti sunt. Antuerpiæ apud Hieronymum Verdussium in 8. anno 1613.

*Thomæ James* Angli, Hæretici, Ecloga Oxonio-Cantabrigiensis, tributa in libros duos, quorum prior continet Catalogum confusum librorum Manuscriptorum in illustrissimis Bibliothecis duarum florentissimarum Academiarum Oxoniæ & Cantabrigiæ. Posterior Catalogum eorundem distinctum & dispositum secundum quatuor facultates, obseruato, tam in nominibus, quàm in operibus ipsis, Alphabetico literarum ordine. Londini impensis Georgij Bishopij & Ioannis Norton 1600. in 4.

Eiusdem Catalogus librorum Bibliothecæ, quam *Thomas Bodleius* Eques auratus in Academia Oxoniensi publicam instituit. Londini in Nortonianâ in 4. anno 1605.

Idem postea anno 1620. Oxoniæ impensis Bodleianis emisit in 4. Catalogum vniuersalem librorum in Bibliothecâ Bodleianâ omnium librorum linguarum & scientiarum genere refertissimâ

*Traiectinæ* ad Rhenum, siue vt vulgò dicitur, *Ultræctinæ*, Bibliothecæ Catalogus in 4. Traiecti ad Rhenum typis Salomonis Rhodij, anno 1608.

RRRrr



*Tridentina Bibliotheca*, Nomina Patrum & Theologorum, qui Tridentino Concilio, ab anno 1545. ad 1563. intertuerunt, & hactenus aliquid typis ediderunt. Extat in Schedis V. C. Gabrielis Naudæi ab erudito viro, sed ignoto, primis veluti lineamentis deformata.

Scripsit *Baldus Perusinus*, verba sunt Neandri, de commemorationibus famosis virorum in utroque Jure, & *Thomas Diplomatarius* Patricius Constantinopolitanus libros duodecim de præstantiâ Doctorum, & clarissimis Jureconsultis, in quibus diligentissimè vir ille (teste Baptista Egnatio) & iuris Ciuilis dignitatem explicauit, & Authores eius omnes, interpretésque à Phoroneo ducta serie ad nostra vsque tempora deduxit; sed utrumque vtriusque opus, aut perit iam olim, aut alicubi ab aliquibus supprimitur, ne in manus multorum veniat. Horum verò librorum iacturam sarcire videntur *D. Valentini Forsteri*, Iureconsulti, de Iuris Ciuilis Romani historiâ libri tres, qui iam sub prælo sunt apud Oporinum, hoc etiam Septembri (anni 1565) in lucem prodituri. Hæc ille.

*Valentinus Pacaus*, Lipsiensis Minister, dicitur scripsisse Nomenclaturam præcipuorum in Theologiâ Scriptorum, idque ordine temporum, sed eam hactenus non vidi, nec vbi, aut apud quem Typographum prodierit deprehendere potui.

*Valerij Andrea Deseli*, IC. Bibliotheca Belgica, de Belgis vitâ Scriptisq; clarissimis præmissa topographiâ Belgij totius, seu Germania inferioris descriptione, Editio renouata & tertiâ parte auctior. Louanij typis Iacobi Zegers in 4. anno 1643. Editio prima in 8. anno 1624. in eadem Louaniensi vrbe apud Henricum H. st. nium.

*Valerij Andree*, Taxandri, Catalogus Clarorum Hispaniâ Scriptorum Moguntia, anno 1607. in 4. Extat sine nomine Auctoris liber Hispanicus. Hoc titulo, *Los Claros Varones de España. En Amberes en casa de Juan Meursio 1632. in 8.*

*Vberti Folietta* clarorum per Liguriam Virorum Elogia publicam in lucem prodierunt Romæ in octavo, anno Reparata per Christum salutis humanæ 1577. De iis quôque aut saltem de Genuensibus scripsit *Ioannes Bracellensis* quem alias vidisse me recordor in 4. editum Genuæ in primaria Ligurum vrbe, nisi me fallit memoria.

Catalogus librorum editorum ab *Academia Veneta* prodit in 4. Venetiis, anno 1559. seu libri quos variis in scientiis & artibus conscriptos nuper edidit, & ad Nundinas Francofordianas



